



149

*Handwritten title or heading in cursive script, possibly "Hypocritae" or similar.*

mus a  
essus se  
faciem a  
namus  
mandati su  
re relict  
at illi. Su  
terro. ga  
respond  
observati  
ent regna  
sistent dia  
omni  
te illic. N  
corusem  
ra e z  
do

*Faint, illegible text or watermark in the center of the page.*

**Nicht ausleihbar**

CH

ION

contra

Justi

B

Accetit

Imper

KOEN

PBI

WISS

in

Joan

habitantis n° 15. 55. o Martii xpo dei 5 plagae

# CHRONICA

IOANNIS CARIONIS

conuersa ex Germanico in Latinū

à doctissimo viro Hermanno

Bono, & ab autore di-

ligenter recog-

nita.

*Fran crucigeron in Ortelio. A, 636*

Accessit Catalogus omnium Regum,

Imperatorum, & Pontificum Ro-

manorum, cum Appendice.



Antuerpiæ per Ioannem Steelsiusm

in scuto Burgundia, Anno

M. D. XXXVII.

*Ioannes Carion inter autores prohibitos  
prima classis ponti*

20 A. 9. 246<sup>101</sup> VD 16  
EPIGRAMMA AD LE  
ctorem T. T.

Ponere Romani statuas ad templa solebant,  
Ornantes variis hæc monumenta modis  
Disceret ex illis primum vt Romana iuentus  
Præmia virtutem maxima quæque sequi.  
Atq; simul studium veræ virtutis amaret,  
Ante oculos cernens fortia facta patrum.  
Sed nunc non opus est statuis nec imagine picta,  
Quæ pascunt oculos, mens aliena manet,  
Postquam subiecta est oculis spectanda priorum  
Virtus, quæ in libris inspicienda datur.  
Hinc modo sumantur stimuli virtutis, & alta  
Mente reponamus ardua gesta ducum.  
Nam docet iste liber quæ sit virtutis imago,  
Quid deceat cunctos dedeceatq; bonos.  
Indicat immensæ quæ sint ab origine mundi  
Facta, quibus laudem qui mæruere duces;  
Admonet & veram pietatem præmia iusta,  
Vltrices pœnas facta maligna sequi.  
Imperii que statum, quantisque Ecclesia semper  
Sit turbata malis, hinc quoque scire potes.  
Deniq; mortalis quæ sint discrimina vitæ,  
Hoc speculum nobis omnibus esse potest.  
Nunc decet à cunctis summo virtutis amore  
Res gestas veterum nocte dieq; legi.  
Crescat vt in nobis studium pietatis, & ipsa  
Nos iubeat virtus optima sponte sequi.

ILLVSTRISSIMO PRINCĪ

pi ac Domino D. Iaochimo Marchioni Br̄  
denburgensi, Duci Stetinenſi, Pomeraniæ,  
Caſubiorum & Vandalorum, Burggra-  
uio Norinbergenti & Rugiæ principi,  
Domino ſuo clemen-  
tiſſimo.

**I**LLuſtriſſime Princeps, Domine clementiſſi-  
me. Poſtquam ſepiſſime à me quidam ſingula-  
ri ac veteri amicitia ac familiaritate mihi con-  
iuncti contenderunt, vt Epitomen Chronico-  
rum conficerē, ex qua cuiſlibet præcipuas & inſig-  
nes hiftorias ordine cōprehendere & addiſcere li-  
ceret, quæ præterq̄ quōd earum cognitio non vul-  
garem adfert vtilitatem, etiam in primis neceſſa-  
riæ ſunt cognitu, volui eorum voluntati morē ge-  
rere, & hæc Chronica conſcribenda mihi ſumpſi,  
in quibus pro virili, ordine q̄ potuit fieri accuratiſ-  
ſimo, monarchias, in quas Deus mundū iam inde  
ab initio mirabiliter redactum cōſeruauit, & alias  
inſignes res geſtas mutationeſq̄ quæ ſubide in im-  
perijs acciderunt, breuiter cōprehendere & cōme-  
morare ſum conatus. Hoc meū exiguū ſanè ſcrip-  
tum cōſulto ſub clementiæ tuæ patrocinio ac noīe  
in publicū ædere volui, ad declarandā obedientiā  
ac promptitudinē animi mei erga C. T. ſupplici-  
ter orans, vt C. T. hunc libellum clementer ſuſci-  
pere dignetur, ſic vt mihi dubiū non eſt. Tameſſi  
enim oīa negotia & res geſtæ nō ſatis pro dignita-  
te ita vt decebat explicantur, id quod cōpendij ſtu-  
dium nō ſinebat, & ego in his rebus minus exerci-  
tatus nō potui id præſtare, hoc tamē perſuaſum ha-  
beo, q̄ C. T. pro ſingulari et digna bono principe  
prudentiā, maximopere artibus liberalibus & hiſ-  
toriarū lectione delectetur, ſiquidē perſpectū ha-

EPISTOLA NVNCVPA.

bet, in his oim heroicarū virtutū & rerū gestarū,  
 quę decent bonos principes, memorabilia exēpla  
 depingi ac proponi, quorū plurima hic recēfui ad  
 monendi tantū caussa. Nam C. T. quę est insignis  
 & excellens eius sapiētia, ea oīa altius reputare &  
 expendere, ac pro innata industria ingeniq; dexte  
 ritate, melius ac pulchrius exornare et locupletare  
 poterit, siquidē C. T. peculiari & eximio quodam  
 eloquētię dono a deo mirifice ornata est, sicut pro  
 pter hoc singulare propē & excellentissimū donū  
 maxime in clyta & magnifica Brandenburgensū  
 principū domus cōmendatur et extollitur. Maior  
 res enim C. T. videlicet Marchio Albertus prin  
 cept Elector, qui in historiis optimo iure Germa  
 nicus Achilles appellatur, non minorē laudē hinc  
 meruit, q̄ eloquentię studio p̄ ceteris excelluit,  
 q̄ q̄ tot bella summa cum laude & fœlicitate pro  
 Romano imperio gessit ac cōfecit. Et ea quidem  
 virtus quasi hæreditaria successione ad auū C. T.  
 Marchionē Ioannē, deinde ad C. T. patrē Marchio  
 nem Ioachimū principem Electorē adhęc in pa  
 truū C. T. Marchionē et Electorē Archiepiscopū  
 Moguntinū, singulari quadā & diuina gratia per  
 uenit, & iā in C. T. prater alias heroicās virtutes  
 haud vulgariter lucet ac se ostendit. Spero itaque  
 C. T. hunc librū clementer suscepturam ac lectu  
 ram, vt quę historiis melius vti, easq; commodius  
 accōmodare, q̄ ego eas enumerare, possit. Et me  
 cum omni obedientia C. T. supplex commendo,  
 quam Deus omnipotens fœliciter perpetuo con  
 seruare dignetur. Ex Berlino Anno a nato Chris  
 sto M. D. XXXI.



# CHRONICA

A MAGISTRO IOANNE

Carione studiose contracta, lectu  
sanè dignissima, è Germa  
nico latine  
facta.

De vsu Lectionis Historiarum.



VANquàm multis de causis  
ex æquo omnibus conducit le  
ctio Historiarum, tamen præci  
pue ad Reges magnosq; princi  
pes pertinet, eorumq; libri me  
rito dici possunt historiae, quòd  
in primis utilis & necessaria ea  
rum est cognitio illis omnibus, qui in republica  
administranda versantur. Nam nò modo Gentium,  
sed & sacrarum literarum historiae plurimã ubiq;  
de principibus mentionem faciunt. Sacrae enim li  
terae, præterquam q; de voluntate & verbo Dei,  
atq; adeo de spiritali regno Christi certiores nos  
reddunt, docent etiam de politica administratio  
ne, & multa præclara exempla proponunt, quae ne  
cessaria cognitum sunt in regenda republica, & qui  
bus incitari possunt animi principum ad studium  
vere heroicarum virtutum.

Gentium vero historiae, tradunt de origine &  
principiis magnorum regnorum, & quibus de  
causis in imperiis vicissitudines rerum, & grauis  
sima commutationes inciderint, continent etiam  
præterea præcepta de officiis et virtutibus, quibus  
foeliciter constant & conseruantur Respublicae.  
Atq; hoc noie dignae in primis sunt historiae, ve  
principum bonorum & heroum libri appellentur.

## DE VSU LECT. HIST.

Cæterum duplex est ratio iustitię, quę necessa-  
 ria est cuius: altera enim politica est & externa: al-  
 tera vero de fide & timore dei. Vtriusq; nobis ex-  
 empla in historiis proponuntur, atq; vt primũ de  
 ciuilibus moribus dicamus, debēt principes, atq;  
 adeo omnes, qui rebus magnis gerendis præsunt,  
 ea potissimum exempla & gesta considerare, qui-  
 bus monei possunt, quomodo ipsi fœliciter ver-  
 sari queant in republica administranda, ponenda  
 ob oculos sunt exempla principum & regum, di-  
 scendumq; est ex illis, qua potissimũ ratione, qua  
 busq; officiis sint vsi in imperiis gubernandis, q̄  
 preter publicam vtilitatem nihil spectarint, q̄ in  
 iustitia tuenda fuerint solliciti, q̄ acerrime vindica-  
 rint iniurias, quodq; non leui de causa bellum sus-  
 ceperint, sed eos dissimulatione iniuriarum pacẽ  
 sepe retinuisse. Cõtra vero in aduersis animo præ-  
 senti & infracto fuisse, omni humanitate & cle-  
 mentia vsos esse erga honos, studuisse deniq; im-  
 peria sua munitionibus ac potẽtia, religionis cul-  
 tu & bonis moribus reddere meliora.

In tyrannorũ exẽplis diuersum obseruabunt,  
 illorum exitus calamitosos fuisse, & propter cru-  
 delitatem perniciosos euentus, & cõmutationes  
 in republica exitiales accidisse. Sic ob tyrannidem  
 constat Pharaonem periisse, et simili de causa Ro-  
 mani reges exacti sunt. Et perdiderunt sepe se mu-  
 tuo principes ob superbiam, ob inuidiam, ob odiũ  
 nonnunquam ex re nihili contractum.

Quemadmodum nulla causa Pompeio erat,  
 ad opprimendum C. Cæsarem, q̄ inuidia. Testantẽ  
 leges Gracchorum apud Romanos, nouitatis stu-  
 dium crudelis sepe belli occasionem præbere. Et  
 Mahometicum regnum non cepit aliunde inicitũ,  
 q̄ ex heresi, & dissensione dogmatum fidei. Inius-

sta

q̄ munita  
 boni p̄ria  
 ci q̄ q̄  
 so seruaanda

q̄ tyranni

DE V  
 fœt cõspicua  
 cur p̄p̄oẽ  
 imperio  
 cta hinc  
 in hinc  
 vt cause ac p̄  
 quid simile ac  
 runc: Quo  
 blica munit  
 ratione an  
 Prinde v  
 remilitari  
 bium, vari  
 am, delictis  
 eie, qui tu  
 a dicitur firm  
 cõmodus  
 per ferẽ fi  
 est histor  
 rebus pu  
 Poter  
 historis  
 tim in su  
 stratu p̄  
 qui exte  
 admodu  
 horum fir  
 si delitate  
 tam serua  
 familia fia  
 ret. Sed  
 nitus art  
 ponunt  
 p̄cia exa  
 ia camp

stæ conspirationes sepe efficiunt vt regna euertantur, id quod exemplum Atheniensium testatur, quod imperium, omnesque fortunas suas propter cōtracta huiusmodi fœdera, amiserunt. Obseruare hæc in historiarum lectione plurimū refert principes, vt cauere ac prospicere sibi discant in imperiis, ne quid simile accidat. Nam iidem casus indies offeruntur. Quam enim personę subinde in rebus publicis mutantur, tamen quod ad negotiorū similitudinē attinet, mundus idem & sui similis manet.

Proinde verissime à Thucydide, qui & peritiam rei militaris insignis fuit, & ingens diuturnumque bellum, variasque res alias, quæ sub Græcis acciderunt, descripsit, dictum est: Historiam thesaurum esse, qui nunquam est manibus excidere debeat, vt eo adiuti similia negotia, paresque casus in republica cōmodius tractemus, quando causę incidunt semper ferè similes. Vsq̄ue adeo vere regius thesaurus est historia, quo variis de rebus admonentur, qui rebus publicis gubernandis præsent.

Porro vero præter hæc, & huiusmodi quoque in historiis exempla reperiuntur, quę singulis priuatum in suo genere conueniunt, qualia sunt: Magistratu parendum esse. Nunquam impune euasisse eos qui extiterunt contra magistratum rebelles, quę admodum Absolon, Catilina, Brutus, Cassius & horum similes suę seditionis pœnas dederunt. De fidelitate amicorum, vt Ionathas Dauidi regi vitam seruauit. De pœna ob adulterium, & ob similia flagitia, sicuti in Dauidis exemplo appareret. Sed quid multa? Quemadmodum in omnibus artibus paradigmata ad imitationem proponuntur, ita in historiis exempla ob oculos depicta extant de omni genere virtutum. Quin & in exemplis & factis cernitur longe clarius, quę

*6 priuato  
sunt hanc*

*Historia  
sua intro  
ducentia*

## DE VSV LECT. HIST.

dignitas sit virtutum, & rursus quæ urpitudo sit in honestatis ac vitiorum, quæ in præceptis, propterea quod exempla tanquam imagines proposita non solum docent aperte, sed & monent, commouent & inflammant libere eductos animos, ut voluptate & amore quodam circa virtutes & honestatem accendantur. Quis enim animo tam ferus esse possit, qui non commoueretur, si insigne aliquod, & laude dignum factum, aut vindictæ exemplum legat.

Ostendi breuiter, quomodo in lectione historiarum obseruare oporteat exempla politicarum virtutum & ciuilium causarum, nunc etiã ad Christianum hominẽ pertinet, cui pietas curæ esse debet, ut sciat ex historiis etiam fidei & timoris diuini præcepta petenda esse. Nam hæc potissimè virtutes sunt piorum, quæ coram Deo valent. Quando vero Gentium historiarum non docent nos deo curæ esse, aut Deum agere nobiscum, tamen pius animus hoc considerabit, quomodo respublice in mundo diuinitus conseruentur, & Dei opus esse violentiam & iniustum vindicari, donare etiam Deum inter gentes præclaras sæpe virtutes. Nam non possunt principes aduersus Satanam seruare imperia sine singulari beneficio dei, & subsidio magnarum virtutum. Atque hoc modo reputabit secum pius hominis animus huiusmodi præclara facta, & vindictas, Dei opus esse, & discet ex illis timere Deum, utpote quod tyranni atrociter puniti sunt, iuxta sententiam illam: Qui gladium sumit, hoc est, qui sine mandato usurpat sibi ius vindicandi, is gladio peribit. Contra vero videre etiam licet à Deo seruari bonos principes & defendi, atque hoc ipsum quoque gentes animaduertent, quod nitantur principes Deorum præsidio. Nam Ho-

merus

*89 a  
tyrannus  
miser*

*bonus de  
feruit.*

merus Poëta ait: Deum obijcere clipeum suum in bello, vt principes tueatur, fingit etiã quencq; principem sui Dei tutela securum esse, quemadmodũ Palladem deam Achilli adfuisse constat.

In primis autẽ hæc omnia clare exprimuntur in sacra scripturæ historiis, veluti in Abraamo, Dauidе, Ezechia & reliquis regibus, quos defendit Deus, & illorum exempla proposita sunt principibus omnibus, vt sciant, ad eundem modum Deum tueri bonos omnes. Nam hoc distant inter se sacra historia & prophanæ, quod in illis testimonia proponuntur de operibus Dei, & quæ non solum politica negotia tractant, sed præcipue regnũ Dei nobis adumbrant, quod Deus donat verbũ suum, q̃ gratuito ex misericordia seruare vult, id quod ignorant historie gentium. Sunt itaq; in primis sacre scripturæ historie cognoscendę Christianis omnibus, vt inde doctrinam & confirmationem fidei discant, primum quomodo creata sint à deo omnia, quę sit origo peccati, quod contra peccatum instituerit Christus regnum suum, donauerit suum verbũ, quod promissus fuerat Christus, & quod venerit ille ad abolendum peccatum & seruandum nos. Item quomodo deus quũ donasset verbum suum semper conseruauerit regnum Christi, & quod regnum Christi, hoc est, vere credentes iam inde ab initio mundi sub cruce versati sint, & seruati tamen, quod Satan cum summa potentia mũdi verbum Dei oppugnarit. Item quod mirabiliter semper præstiterit Deus promissum suum, supra opinionem & captum sapientiæ humanę. Item proponi nobis à Deo & horrendę vltionis, & gratiæ pariter exempla. Sic Dauidi regi & aliis contigit remissio peccatorum, vt illorum nos exemplis consolemur, & credamus Deum

## DE VSV LECT. HIST.

ignoscere velle. Neque illud negligendum est, quod ad confirmandos animos nostros donarit deus omnibus generis prophetias de externis regnis, ut ex impleto earum euentu testimonium haberemus, quod verbum nostrum ex deo sit profectum, neque aliam fidem, quam nostram veram esse. Item ut moneamur, quando Christum venire oporteret, & quando finis mundi sit expectandus. Item quum omnia euenisse, quae praedicta sunt in prophetiis, cognoscimus, ut certo credamus & ea similiter euentura, quae futura aliquando adhuc esse sacrae litterae testantur. Porro ad recte intelligendas prophetias, operaepretium imprimis est, nouisse ordinem regnorum, annorum numerum et multa alia quae in lectione gentilium historiarum offeruntur, quarum cognitio vel hoc potissimum nomine necessaria est Christianis, ut melius intelligere prophetias, & de illis certius iudicare queant.

Facile sane ex his omnibus aestimare quisque potest, quantum vtilitatis & commodi ex lectione historiarum percipiatur, & magnitudo fructus earum merito quaeque incitare atque impellere debet ad eas cognoscendas.

QVO O

comp

Vic

res

Ph

in septem an

ordina re

omni line

qua praedic

publice dicit

di praecipua

in quo te

in praedicta

hancem f

Sex m

stea colla

Bis mil

Bis mil

Bis mil

Et si no

cara no

Ho

scripra

dei, sed

terea d

verbo o

le an

& stabit

millia a

am. Na

us, quo

id quod

te. Nisi

pis car

## QVO ORDINE HISTORIAS

complecti & legere oporteat.

**Q**uicum fructu aliquo historias vult legere, is omnia tempora à mundo condito complecti debet in certum ordinem. Nam fuerunt quidam qui ideo partiti sunt mundum in septem ætates, easque supputant varie, sed hi quum ordinem tradere student, hoc tantum efficiunt, ut omnia sine ordine commisceant. Ego autem sequar præclarum dictum illud Eliæ prophete, qui pulchre diuisit mundum in tres ætates, quo ostendit præcipuas quasque vicissitudines mundi, præterea & quo tempore Christum oportebat venire, & quandiu etiam durare debeat hic status orbis. Sic autem sonat,

Dictum domus Eliæ.

Sex millibus annorum stabit mundus & postea collabatur.

Bis mille anni sine lege,

Bis mille anni lex.

Bis mille tempus Christi.

Et si non fuerint completi hi anni, id efficient peccata nostra, que magna & innumera sunt.

Hoc est, bis mille annos stabit mundus sine præscripta administratione, & certa lege ex verbo dei, sed his exactis circuncisio & lex dabitur, præterea & certa politia & cultus Dei instituetur ex verbo diuino, & durabit hic status rerum bis mille annos. Porro hic CHRISTVS succedet, & stabit Euangelij tempus similiter circiter duo millia annorum, sed desiderabuntur hic aliquot anni. Nam celeritate aduentus sui anteuortet Deus, quo minus huius ætatis anni complebuntur, id quod testatur Christus ipse Matthei. xxiiij. capite: Nisi decurtati essent dies illi, non fieret salua omnis caro,

& Matth.

Nos

## LIBER I. CHRON.

Nos hoc ordine in texenda historia vtemur, et partiemur libellum in tres partes, quarum prima ea complectetur quæ inter Adæ & Abraami tempora acciderunt, nam hi primi sunt bis mille anni. Extant autem de his pauca admodum descripta, sed memorabilia imprimis, & de his temporibus nihil vsquam certi, præterquam in bibliis sacris proditum reperitur.

Proximum tempus duorum millium annorum numerabitur ab Abraam vsque ad aduentum Christi, tamen quod ad iustum annorum numerum attingit non plane completum hoc seculum est. Nam ut antea monuimus, ad consummationem properat Deus. Cæterum hæc ætas vera & propria est mundi, in qua potentissima regna, & Monarchiæ ordine quodam sibi mutuo successerunt, neque vniquam perinde potentiam suam & virtutes declaravit mundus, quam in hac ætate. Itaque separabimus hoc tempus in quatuor Monarchias. Nam videtur voluisse Deus certa quadam gubernatione mundum in officio contineri, ut pudoris et honestatis ratio conseruaretur, & mali punirentur, ideoque Monarchias instituit. Sunt autem Monarchiæ huiusmodi regna, ubi summa rerum omnium potestas penes unum est, publicæ pacis & iuris conseruandi causa. Fuit autem huiusmodi Monarchiæ tanta potentia, cui alij reges quanquam extra eius imperium constituti, non potuerunt se opponere vel opprimere. Et extiterunt tales Monarchiæ successione quadam ordinaria tantum quatuor. Primum regnum Assyriorum fuit. Post hos Persæ imperarunt, deinde Græci, postremo Romani. Et ad huius imperij honorem ac fastigium euexit his postremis temporibus Germanos Deus prænationibus reliquis. Nam quanquam diminutum

non



non nihil sit imperium Romanum hodie (Deo enim, vt vaticinatum est, visum ita fuit, vt decre-  
scent tandem mundi Monarchiæ) tamen maie-  
stas permanet apud imperium Romanum, & ne-  
mo regum est, qui nō oculos suos in hoc regnum  
conuertat. Proinde quanquam non æque semper  
potentes habeamus imperatores, tamē prouiden-  
te sic deo, tanta subinde potentia contingit Cæsar  
aliquis, vt sublimitas imperij conseruetur. Idque  
propter religionem & concordiam omnium na-  
tionum retinendam. Et debent merito Germa-  
niæ principes, & imprimis principes imperij Ele-  
ctores hūc honorem suum magni æstimare, quōd  
sublimitatem hanc diuinitus commissam habent  
ad religionem, ius & pacem publicam retinendā.  
Enimuero sane per quā plurimum refert, vt con-  
seruetur hæc Monarchia, tamen si in speciem non  
adeo ampla. Proinde cauere debent Principes, ne  
qua seditionum & discordiarum semina inter ip-  
sos exoriantur, quæ occasionem præbeant ad hoc  
regnum labefactandum. Etenim distracto vel de-  
uastato hoc imperio, quod omnis recte hodie ad-  
ministrationis in mundo caput est, fieri non posset  
aliter, quin perturbatio omnium ordinum in vni-  
uerso Christiano orbe subsequeretur, id quod ve-  
hementer metuendum nobis est, nisi Deus præoc-  
cupatione extremi aduentus sui tantam calamita-  
tem propellat. Sacre literę enim consolantur nos,  
& docent aperte, post labefactatum hoc regnum  
Germanicum, postremum diem propediem adfu-  
turum. Hęc de Monarchiis dixisse nos satis sit, vt  
nemo ignorare queat, esse in has Monarchias om-  
nes res gestas in mundo & historias referendas.  
Et præterquam q̄ obseruatio huius ordinis me-  
moriā iuuat, etiam non parum ad id conducit,

## LIBER I. CHRON.

vt videre queas, quomodo & quibus de causis  
mutata sint regna, vnde discendum erit, quo pacto  
cauere oporteat ea omnia que mutationes regno-  
rum secum solent adferre.

Postrema ætas à Christo nato ad consumma-  
tionem vsq; mundi similiter duo millia annorum  
continet, tametsi in onuimus antea, non fore huius  
ætatis annos integros, vt duo millia annorū com-  
pleantur. Continet sane hæc sententia Elię multas  
preclaras doctrinas, & vel hoc nomine cōsideran-  
da in primis est, q̄ à Christo nato de eo etiā tem-  
pore prædicit, quo rerum finis est expectādus, qua  
de causa præmittere hanc sententiā volui in prin-  
cipio libelli, vt omnibus commendaretur. Cate-  
rum quo pacto post natum Christum mutationē  
cœperit Romana Monarchia, & eius successio ad  
Germanos perueniret, præterea & de origine Ma-  
humetici regni, & quomodo Papatus externe po-  
tentie augmentum acceperit, ea omnia in hac ter-  
tia parte indicabimus. Quin & hoc quoq; in histo-  
riarū lectione in primis studiose obseruare oportet,  
q̄ duplex regnum instituerit deus: alterū mun-  
di, alterū vero Christi regnum: atq; hic necesse est  
cōsiderare, quomodo iam inde statim à primordiis  
mundi cœperit ecclesia, & qua eā ratione semper  
conseruauerit deus. Itaq; vt habeant pie men-  
tes confirmationem suę fidei, adnotabimus iuxta  
cuiusq; temporis regnorum statum, vbi &  
apud quos regnum Christi, & quis  
in eo status fuerit, quarum re-  
rum cognitio non me-  
diocrem vtilitatem  
piis lectoribus  
adferet.

# INITIVM

## CHRONICORVM, LIBER

primus, qui primam etatem, hoc est,  
annorum duo millia, ab Adam  
vsque ad Abraam tempora  
continet.



Acque literę docent, qđ creatę  
Deus cęelum & terram, deinde  
de hominem Adā & Euam,  
eosq; in paradysum collocarit,  
hoc est, vt extra mortem &  
peccatum positi in terra beate  
viuerent, sed quum pceptū  
ā Deo impositū neglexissent,  
factos esse peccato & morti obnoxios. Verum  
quum clare hęc omnia descripta extent in sacris bi  
bliis, ex quibus discenda sunt, superuacaneum est  
ea hoc loco commemorare, tantum lectorem mo  
nuisse satis est, constare ex his principiis mūdum,  
& creatos ā Deo Adam & Euam, qui seminariū  
sunt totius generis humani.

Porro vero sub ipsum statim creationis tempo  
pus, instituit deus ciuilem administrationē, quādo  
potestātē tradidit Adę in ea oīa, quę in terra & ma  
ri sunt, vt vteretur illis, et bonā ordinationē statue  
ret in illis omnibus, quę sunt externa. Hoc manda  
tum dei prima origo est legū omnīū, & quicquid  
ciuiliū ordinationū vsq; est, ex eo cepit initiū, quę  
propter mādātū hoc quod datū est Adę, approbā  
tur ā deo. Quin & Ecclesia hic suū habuit principi  
um. Nā pceptū datū est, in quo timorē & fidem  
suā corā deo exercerēt, sed vbi peccare cępissent,  
patefecit Deus potentiam Satang, & contra illam  
Euangelium de semine mulieris, hoc est, de Chri  
sto pcep

*Cum hęc aduēti*

*huius mundi*

*Eni p  
repre*

*potentia satane orta*

quod satyram promittit de hinc p hinc

## LIBER I. CHRON.

sto promissit, vt veniret Christus & dissiparet regnum Satane, ac nos de peccato & morte vindicaret in libertatem. Prima hec Euangelij prædicationis fuit, quæ ecclesie & regno Christi initium dedit. Nam in ecclesia non solum præcepta bonorum operum docere oportet, sed & remissionem peccatorum per Christum: siquidem hoc tantum modo reconciliamur deo & persistimus contra mortem & tentationes omnes, quum promissionem de remissione peccatorum fide apprehendimus, atq; ita consolationem ceperunt Adam & Eua ex verbo de promisso Christo, estque ex hisce duabus personis primū inchoata Ecclesia. Præter hæc & temporales afflictiones eos ferre oportuit, nā ex paradiso pulsati sunt, hoc est subiecti sunt morti, & omnis generis calamitatibus aliis, atq; ita per omnem vitam in labore ac gremnis egerunt in ea terra, quæ postea à Iudeis occupata est. Nam scribunt apud Damascum urbem creatos esse.

De Cain & Abel. *Genesis iii B*

**R**efert scriptura sacra ex Adam & Eua sobolem procreatam, Cain occidisse fratrem suum Abelum. Prima hec crux & persecutio est, quæ inferitur ab impiis propter Euangelium. Exemplum horrendum imprimis est. Nam contigit hæc cædes non alia de causa, quàm ob cultum dei, quem, quum sincere sit, ferre non potest Satan. Ideoque impellit Cain, ad interimendum fratrem, vt verbum dei & sincera doctrina extinguatur. Et indicat hoc factum quàm vehemens ira, & quis furor sit Satane. Præterea, quæ infirmitas & ignorantia sit hominum. Insertæ autem huic historiae sunt obiter graues & seriæ conciones de venturo iudicio dei, de horrenda ultione propter effusionem sanguinis, quæ hic recensere longum esset.

Cain

N. h. ref. aut.

prim. hinc  
Abel ob  
cultu dei  
occisus.

LIBER I. CHRON.

Cain postquam fugit conspectum sui patris, urbem coepit aedificare Enoch vocatam. Filij eius omnis generis opificia & artes excogitarunt. Tandem ob commissam eadem poenas dedit: nam & ipse simili genere fati interit.

*para mea  
fura reddo*

De Seth. *Genesis iii. d. 45 A*

Post hæc filius Seth Adæ natus est, hic probitate & pietatis studio clarus post occisum Abellem Dei regnum illustrare & augere conatus est. Ex hoc Seth sancti patres postea procreati sunt, & permanserunt huius generis reliquæ. Cæterum Caini posteritas in diluio in vniuersum extincta est. Iosephus testatur ab Adam & Seth duas tabulas factas, alteram æneam, alteram vero lapideam, & insculptum illis fuisse Verbum Dei & prophetias, quibus conseruatum est verbum Dei. Scribit præterea & ab illis diuisum annum in menses duodecim, & cursus astrorum primū eos obseruasse & docuisse. Nam ne possibile quidem fuisset, humanum animum ad tam sublimium & admirabilem rerum investigationem potuisse penetrare, nisi cognitionē earum Deus aperuisset. Itaque verbum Dei, literarū characteres, & maximas quasque artes Adæ & Seth debemus. Et multa testimonia extant apud Græcos, scripturam & artes omnes à Iudeorum patribus profectas esse. Nam apud Herodotum libro quinto legitur: Græcos & artes et literas accepisse à Phœnicibus.

*Cain postea  
est factus  
in diluio  
interitus*

Adæ ætas fuit <sup>nona setolun</sup> nouem millia et triginta annorum & attigit tempora patris Noe, verum ante natū Noe mortuus est annis centum & vigintifex.

Cæterum præter genéalogiam nihil memorabile, quod accidit his temporibus, scriptum est vsque ad annos Noe, vt interim hoc certo sciamus, ex quibus Christum nasci oportuerit. Sed tamen obiter meminit scriptura de fato Enoch, quod ad Deū ille

B subla

## LIBER I. CHRON.

sublatus sit, quod factum obiecit Deus ob oculos mundo, vt cognosceret & crederet immortalitatem post hanc vitam restare, quod esset iudicatus Deus, seruaturus pios, & vlturus impios.

De diluio. *Gen. vi & vij. c.*

**M**eminit scriptura à deo punitum esse mundum, & occasiones adnectit, nimirum qd de prauari cœperat mundus: & referuntur inter capita flagitiorum contemptus dei & tyrannis, quæ omnis generis libido exercetur. Sic enim textus habet: Sanctorum filij tyranni esse cœperunt super terram, quo significatur, contempto verbo & cultu dei, moribus inhonestis et vita dissoluta eos vixisse, oppressisse infirmos ac inopes pro suo arbitrio, & dominandi licentiã vsos pro animi libidine. Propter hæc minatus est deus interitum mundo per diluuium, & hoc ipsum priusquã eueniret predicare voluit Noe, annos centum, vt conuersi quidam seruarentur.

Noe quum natus esset sexcentos annos facta est inundatio, & ingressus est in arcam iuxta præceptum dei cum vxore sua, cum tribus filiis suis Sem, Cham & Iaphet, sumptis vnã eorum vxoribus, & seruatus est. Reliquos homines & animalia omnia absorpsit & perdidit inundatio. Et sunt à mundo condito vsq; ad inundationis tempora, anni mille sexcenti & quinquagintasex.

De tempore post diluuium. *Ge. ix. c.*

**Q**uum Noe iam supra annũ dimidium intra arca fuisset, & inundatio decreveret, hæc sit arca in altissimo monte Armeniæ, ac post exactum annum, quũ terra siccati cœpisset, iussus est à Deo Noe deferere arcam in qua fuerat iam integro anno. Tum vero iterum quasi nouum mundum

*Ab  
sublato  
Erogat  
te hanc  
et hanc*

Quum instituit deus. Primum enim donauit veteri mundo, quo promisit non submergendum amplius mundum, & certitudinis tesseram addidit Irim, quae moneret nos de facta promissione, atque hoc modo beneuolentiae, & misericordiae signa proposuit ad fidem exercendam, permisit etiam tunc libertatem carnibus vescendi, qua sancti patres ante diluuium nunquam vni erant. Praeter haec nouum preceptum tulit Deus de administratione externa, & clarius praecipit homicidas vicissim occidendos esse per eos, quibus legitime hoc commissum sit, hoc est, per Magistratum. Itaque ea ratione nouus plane mundi status de integro constitutus est.

Haec omnia breuiter recensui, in primis ut quisque ad animum reuocet & expendat secum, quanta sit ira dei propter peccatum. Etenim voluit deus hoc exemplo mundum cautiorem reddere, quod iudicare & vlcisci velit, estque significatum velle Deum iudicare aliquando vniuersum mundum, siquidem non vult peccatum inultum manere. Scripserunt nonnulli, quum in aquis primum submersus sit mundus, colligi ex naturalibus argumentis posthac contra flagraturum. Quin & hoc obseruatum dignum est, seruari a deo suos quam numero paucos & contemptos. Notandum hoc in loco & illud est, de instituta civili potestate, & vindicta ob perpetratum homicidium. Nam hoc ferè caput est omnis civilis administrationis, iuxta quod reliqui omnes casus & delicta iudicari debent.

De Turri Babylonica. *Genesis xi. 2.*

Post diluuium aucto iam humano genere apud Chaldaeos Babylonica turris, & ciuitas Babylon aedificari coepta est, ut ibi regnum auspicarentur, & alios populos subiicerent. Ceterum hos conatus evertit Deus, nam quum antea vna

## LIBER I. CHRON.

lingua omnes vteretur, factum est, quod mutata  
vulgari sermone alij alio idiomatis genere dice-  
bant, & quum intelligere se mutuo non possent,  
opus relictum est imperfectum, et ob varietatem  
linguæ alij in alias orbis partes se contulerunt, ex  
posteris Noe, id quod subiecta figura indicat.

Sem maximus natu filiorum Noe, ex cuius ge-  
nere Christus est, occupavit cum filiis suis eam Sy-  
riæ partem, quæ orientem spectat. Nam ex eius fi-  
lio Aram Syri venerunt. Ex Assur Assyrii, ex Ara-  
phaxat Chaldei, ex Elam Perse originem ducunt.

Cham alter filiorum Noe eam regionem ob-  
tinuit, quæ ad meridiem tendit. Ex Canaan enim  
Canangi sunt, ex Mizraim Egyptii, ex Cus Ethi-  
opes, ex Saba Arabes.

Iaphet natu minimus filiorum Noe, ad occi-  
dum & septentrionem se contulit, et hic omnium  
nostrum pater est, propterea & reperitur eius no-  
men apud Poetas, qui Iapetum eum vocarunt.  
Ex huius filio Janan vel Iaon Græci sunt, quos Io-  
nes appellamus. Nam hi Græcorum primi sunt.  
Et vox Janan seu Iaon is est haud dubie, quem Ia-  
num vocauerunt Latini. Pingere hunc bifrontem  
solebant, quod vtriusque gentis & Græcorum & Lat-  
inorum ex eo ortus erat, & quoties auspicaturi alii  
quid erant, singulari quodam honore eum vene-  
rabantur, quo testati sunt quod Iaon patrem agnou-  
erunt. Iaonis filius Cethim fuit, unde Macedones  
dicti sunt, idque confirmat primus Machabeorum  
liber, & vox Machetim Hebræis sonat rex Ce-  
thim, unde Macedo vocabulum natum est. Nam  
Stephanus scribit Macetis veteres dixisse.

Iaonis plures fuerunt filij, Elisa & Dodanim,  
ex quibus Eoies aut Hellas, & Dodonei ortum tra-  
hunt: hi omnes Græcorum primi sunt. Ex Tarsus  
Iaonis filio Tarsus in Cilicia dictus est.

Iaphet



Iaphet & alios adhuc filios habuit, ex Gomer Magog, Tyras, & Mesech. Ex Gomer Cimerij siue Cimbrj sunt, teste Eusebio. Ab Ascanes filio Gomer Tuiscones, hoc est, Germani venerunt. A Magog orti sunt Scythę, & hinc Turcarū origo est. A Thyras Thraces. Indicaui breuiter quā quisque filiorum Noe orbis partem occuparit, id quod ad intelligendum multas historias clarius refert cognoscere.

## De prima monarchia.

**V**T intelligi possit in his quę geruntur a Magistratu opus Dei cognoscendum & honorandum esse, monuimus supra in præfatione, voluisse Deum quatuor Monarchiis mundum retineri, vt politia, iustitia & vindicta inter homines conseruarentur: propterea traduntur de his Monarchiis multa passim in scripturis sacris. Duplici eas ratione Danieli proposuit Deus: Primum sub imagine viri grandis, cuius caput aureum erat, pectus argenteum, venter æneus, crura ferrea, pedes partim fictiles, partim etiam ferrei erant; & ne ignorare queamus, tum demum mundi consummationem fore, adiectum est a petra, quę Christum significat, confringi pedes, atq; ita ruina viri indicio est cessaturum esse mundum.

Interpretatus est hanc visionē Daniel ipse de quatuor Monarchiis. Nam aureum caput significare ait primum regnum, hoc est, Assyriorū Monarchiam. Argenteum pectus, Persarum regnum. Ventrem æneum, Gręcorum imperium. Ferrea crura, Romanorum regnum. Ferrei & fictiles pedes, presentem Romani imperij statū adumbrat, vt pote quod hodie multo angustius & infirmius habemus, atq; olim fuit.

Præferunt & horum regnorum typum quatuor animalia ostensa Danieli. Leona Assyriorū

## LIBER I. CHRON.

robur significat, Vrsus Persarum imperium, Parus  
 dux Alexandrium. Quarto animali Romani signifi-  
 cantur. Et adiicitur, præter Romanū imperiū exo-  
 riturum esse aliud regnum crudelitate plenū, atq;  
 adeo q̄ contra verbum Dei nouā legem statuer,  
 atq; hoc est Mahumeticū & Turcarum imperiū  
 hodie. Adeo fideliter cōmoneri nos voluit deus  
 vt cognitis totius mundi historiis cōsideraremus  
 non longe abesse consummationis tempus, atque  
 hoc modo habeamus q̄ fidē nostrā confirmemus.

✱ In Bibliis extat primum regnum ex Nemroth  
 apud Babylonios initium sumpsisse, & vocat eū  
 scriptura venatorem robustum coram Deo, hoc  
 est, potentē principem, qui vi subegerit homines  
 ad obtemperandum. Et venator coram Domino  
 dictus est, quasi dei venator, quo significatū est ci-  
 uilem potestatem vindictam esse à deo ordinatā,  
 atq; adeo quę dei ministra sit. Itaq; prima Monar-  
 chia apud Chaldeos cœpit, quēadmodum & Xe-  
 nophon testatur, & regnarunt primum posterū  
 Cham, ex quo originē Nemroth habuerat. Quan-  
 quā enim filium Cham deuouerat pater Noe,  
 tamen mirabili interim fato, & vindictam & pro-  
 missionē distulit deus. Cæterum penes posterita-  
 tem Nemroth non permansit imperiū. Nā apud  
 Assyrios nouū regnum exortū per Assur, à quo  
 & Niniue ciuitas condita est. Porro ex Niniue  
 progressi sunt Assyrii, & urbem Babylonē sube-  
 gerunt, id quod Diodorus Siculus scribit, estque  
 per hanc occasionem à Chaldeis ad Assyrios tran-  
 sata Monarchia.

Strabo & præterea alij Niniue vrhis mentio-  
 nem fecerunt, q̄ in Assyria sita sit, vnde æstimari  
 facile potest, Niniuen & Babylonem duas diuer-  
 sas vrbes fuisse, non vnam diuersis nominibus.  
 Multi in hac Monarchia reges recensentur, cæte-  
 rum

*Ab  
 p̄tas  
 seculari*

rum

## LIBER I. CHRON.

12

tum quum nihil memorabile de factis eorum ex-  
ter, non attinet magnopere nomina eorū tantum  
enumerare, solum hoc meminisse lectorem ope-  
rapretium erit, cœpisse hanc Monarchiam prope  
modum sub ipsum terminū primorum bis mille  
annorum, qui sub id tempus exacti erant, ex quo  
Abraam quinquaginta annos natus erat.

Hactenus de prima ætate mundi, in qua vide-  
re licet de creatione mundi, de ecclesia, & ciuili ad-  
ministracione ordinata diuinitus, & præterea de  
aliis stupendis factis à deo exhibitis mundo. Cæ-  
terū ecclesia à Noe patriarcha ad Abraam perue-  
nit, qui natus erat annos quinquaginta octo quū  
moreretur Noe. Interim autē quum cœpisset hac  
Monarchia, in Babylone passim vbiq; impietas  
& idolatria exorta est, vera interim fide, & verbo  
Dei extincto.

## LIBER II.

DE QVATVOR MONAR-  
chiis, qui similiter bis mille annos  
complectitur.

**Q**VANDO omnino necessarium & vtile  
est in historiis tempora & rerum gesta-  
rum seriem consyderare, partiri vo-  
lui hæc Chronica in maximos quosdam & certos  
numeros, qui facile percipi & memoria retineri  
possint, sed quibus cōprehenderentur tamen ma-  
ximè & præcipuæ quæque vicissitudines mundi.  
Postq̄ itaq; primā ætatem absoluimus, dicere iam  
instituemus de subsequētib; bis mille annis, in  
quibus & summa potētia mundi apparuit, & ma-  
ximè Monarchie ordīne extiterunt.

B 4

De pri

## DE PRIMA MONARCHIA

De prima Monarchia Assyriorum.

Ninus rex Assyriorum.

**A**Ntea monuimus primum omnium apud Babylonios regnare cœpisse Chaldaeos, verum non diu mansisse in imperio, sed Assyrios vicinos Chaldaë vi obtinuisse regnum: & auspiciantur historiam à rege Nino, q̄ potentissimus in oriente factus est, tandem etiam cum Zoroastre Bactrianorum rege bella gessit. Fertur Zoroastres hic reperisse primum magiã, & magna diligentia cœli & astrorum cûrsus do cuisse. Porro finito bello quod cum Zoroastre gestum est, obiit Ninus relicto herede paruulo filio.

De regina Semiramide.

Semiramis mater pueri post obitum regis ipsa imperio p̄fuit. Verebatur enim in tam nouo regno, & non subditis adhuc omnibus sua sponte, ne ob iuuenilem ætatem pueri populus ad defectionē properaret, & ne ipsa propter muliebrem sexum contemneretur, vsa est virili habitu, simu lauitq; se regium filium esse. Excelluit factis plane heroicis, & imperij fines regionibus adiectis & munitionibus adauxit. Imperauit fœliciter, & magna cum laude annis quadraginta duobus. Urbē Babylon sumptuosis ædificiis, fossis, mœnibus circumductis firmiorem reddidit. Defuncta regina matre, Ninias filius in magna tranquillitate regnauit, & fuit hoc modo apud Assyrios fastigium orbis & Monarchia multo tempore. Ceterum, quū non multa de subsequētium regum factis scripta extent, prætermittere volo catalogum nominum eorum, q̄ Germanus lector illorū non facile meminisse queat. Qui vero ea cognoscere volet, is ex multis aliis scriptoribus petere potest.

Atqui vero dubium non est, quin variæ & magnę mutationes inciderint in hanc Monarchiam.

Id quod colligi facile potest ex Bibliis sacris, quæ testantur ab Assyriis multo ante Cyri tempora Babylonem occupatam, cæterum regna diuersa fuisse, alterum Niniuitarum, alterum vero apud Babylonios. Verum quibus de causis & quo tempore fuerint hæc commutationes, incertum plane est Herodotus scripsit tenuisse hanc Monarchiã Assyrios quingentos, postea multo tempore nullum certum aut firmum imperium extitisse, sed suo proprio regno Medos vsos esse, similiter & Chaldeos apud Babylonem, Assyrios apud Niniuitas suum habuisse imperium, & inter reges modo hunc, modo alterum potentia fuisse superiorẽ, Medi tandem potentiores facti summã ad se Monarchiam retulerunt, capta etiã Babylone vrbe. Hęc magis verisimilia apparent, quibus & ea consentiunt quę de Sardanapalo nõ solum Metasthenes scribit, sed Bion etiam, cuius Agathias mentionem facit.

## De Sardanapalo.

**S**Vnt itaq; nobis de Sardanapalo pauca dicenda, quomodo exutus sit regno suo, & quæ postea diuisa sint imperia. Quoties punire vult mundum Deus, principes impudicos donat. Ex historiis constat, Sardanapalum neglecta prorsus regni administratione, voluptatibus tantum indulgisse, adeo etiã quæ & fucis ad fingendam formam & ornatus habitum mulierum exemplo vsus sit. Ferunt sedentem in corona impudicarum mulierum, omnem turpitudinis genus exercuisse. Quomodo quæso huiusmodi imperium calamitosum exitum non receperit? Quum iam defecissent ab eo Medi et Babylonij, pugnassetque cum hostibus infeliciter, neque usquam ferè amplius tutus esse posset, arcem apud Babylonios igni accendit, & in ea conflagrauit. Ceterum, ut Duris scribit, premiserat iam antea tres filios suos Nini-

## DE PRIMA MONARCHIA

uen: atq; hinc factum est, q̄ post extinctum Sarda  
napalum diuisa regna sunt. Apud Babylonios Be  
lochus imperabat, qui cū Arbace à Sardanapalo  
defecerat. Arbaces Medorū regnum tenuit. Apud  
Niniuitas Assyriorum posteritas per annos ali  
quot durauit. Dimicatum est inter hæc tria regna  
propter Monarchiam annis multis.

## DE ÆGYPTO.

**D**Ixi mus de prima Monarchia hac, quātum  
satis est. Cæterum quantum annorum sit  
vsq; ad secundæ Monarchiæ tempus infra  
annotabimus. Restant nunc indicanda quedā bre  
uiter de aliis regnis, quæ præter hanc Monarchiã  
exorta sunt. Floruit enim Ægyptiorum regnum  
longe amplissimū, quod à posteris Cham admini  
stratum est, sed quod ad eius potentiã attinet Mo  
narchia inferius erat, quemadmodum Gallorum  
regnum hodie potentissimum quidem est, sed in  
ferius tamen Romano imperio siue potentiã, siue  
dignitatis maiestatem spectes.

### De Abraam & Spirituali regno.

**V**T non ignoremus, quo in loco verbum dei,  
& ecclesia fuerit, dicendum nobis quoq; est  
de Spirituali regno. Temporibus Nini regis A  
braam fuit. Nam quum esset annos circiter quin  
quaginta natus, finem habuerunt primi bis mille  
anni, & Assyriorum regnum iam antea cœperat.  
Porro autem, quum iam verus cultus & verbum  
dei exolescere cœpisset in regno Babylonico, pro  
fectus est Thare ex Chaldaea in Mesopotamiã cū  
duobus filiis suis Abraam & Loth, vt nō & ipse  
impietatis superstitione apud Babylonios cōma  
cularetur. Vocat autē scriptura hanc idolatriã ig  
nem Chaldaicum, Vr Chaldecorum. Nam quum  
in sacrificiis vere piorū ignis decidens è cœlo ac  
cendisset

tendisset victimas, imitati eorum exempla impij ignem accenderunt, & ita instituerunt nouū cultum dei, vt eo opere seruirent Deo, sine expresso verbo dei, & absque cognitione promissionis de venturo Christo. Infra in historiis quoque dictus est hic ignis Orimafda, hoc est, sanctus ignis, quē equo impostum etiam anteferri sibi reges voluerunt. Prima occasio Idolatriæ inter homines ex hoc igne cœpit, priusquā imagines in visu fuerūt. Cæterum ne in vniuersum verbum dei interiret, ex integro promissionem de Christo renouauit deus, & verbo nouam ceremoniam adiecit, quæ veluti signum conseruaret in hominū animis memoriam verbi. Etenim facile oblitteratur vera doctrina, nisi per externa signa & ceremonias inculcetur populo. Electus est ad id à deo Abraam, qui quum natus erat annos quinq; supra septuaginta, iussus est à deo relicta Mesopotamia in Chaldaea concedere, vbi noua ei promissio cōtigit, fore vt posteri Abraæ terrā Canaan possiderent, & in ea imperarent, atq; adeo etiam venturum esse semē Abraæ nimirum Christum, per quē vellet oībus populis benedicere Deus, hoc est, per hoc semen placandum esse Deum, & sublato peccati & mortis iure donandam vitā æternam. Promissioni huic à Deo circuncisio addita est, quæ promissionis symbolum esset, & incitamentum ad credendum. Itaq; postea semper permansit Ecclesia, verbū & spirituale regnū Christi in certo populo, hoc est, in posteris Abraæ, in quibus aliquos semper, qui vere credentes & p̄i erant, existere necesse fuit. Porro vniuersa historia Abraæ in sacris Bibliis copiose descripta est. Hoc in loco indicasse satis sit, quo tempore fuerit Abraam, & quæ mutationes de religione inciderint. Cæterum promissio subinde iterata est Abraæ. Circuncisionis autē

## DE PRIMA MONARCHIA

autem contigit præceptum nato Abraamo annos nonagintanouem, sub annum à condito mundo 2047. Sunt qui ad vnum Iubileum numerāt. 2050

Abraæ ex Agar ancilla filius Ismahel fuit, is potentia & viribus apud Arabes crescere cœpit, & Agareni in Arabia huius Agar nomen referunt, de quo postea dicemus.

### De interitu Sodomæ.

**A**Nno nonagesimonono ætatis Abraæ ob detestanda flagitia & nefandas inconcessasq; libidines, deleuit Deus quinq; vrbes Sodomam & Gomorrâ & adiacentes ciuitates, igni cœlitus demisso exustas. Locus vbi fuerunt vrbes ingens lacus factus est, cuius longitudo & latitudo p̄ aliquē milliaria protēdit, hodie etiãnum picę plenus p̄petuis vaporibus exestuat, i testimoniũ diuinę indignationis & vindictę ob tãta scelera. Cõtigit hoc post diluuiũ anno trecētesimo nonagesimoprio, postquam mortuus fuerat Noe vno & quadraginta annis. Testatus est hoc modo subinde deus mundo, se peccatores vlcisci & iudicare velle.

### De Isaac.

**P**ost hæc natus est Abraæ ex vxore sua Sara filius Isaac dictus, ex cuius semine Christus est. Nam huius typum præ se ferebat, quum immolaretur à patre iussit deus, quo significatum est Christum victimam fore, qua peccatum & mors expiaretur, estq; adumbratũ in hoc exemplo iterum, Deum peccata condonare velle, resuscitare mortuos, donare credentibus vitam æternam.

Isaac duos habuit filios Jacob et Esau. Ex Esau Edomitę originem habent in Arabia: nam Esau Edom dictus est, hoc est, ruffus, propterea q; ius primogeniture, cui benedixerat Deus, ob pulmẽtum ruffum vendiderat suo fratri, contempta nimirũ benedictione & beneficio Dei v̄tris causa

Jacob



Jacob autem Israel cognomento appellatus est, hoc est, princeps Dei, ex quo Israel populus ortū habet. Sed de his omnibus consulenda sunt Biblia sacra.

## De Ioseph filio Jacob.

**Q**uia vero inter præcipuos & sapientissimos rectores recensetur Ioseph, merito hic eius mentionem facimus. Ægyptios enim & religionem & ciuiles mores docuit, estq; in primis obseruatu dignum, virum & sanctitate & spiritus sancto præditum duram admodum & seueram administrationis rationem instituisse, & tam latè patentem Ægypti regionē vniuersam veluti vnus corporis mēbra coadunasse, vt hinc discamus, seueritatem ad retinendam in officio multitudinem in primis necessariam esse, & probari Deo. Indulgentia enim vulgus conumpi solet. Cæterum qua de causa peruenit in Ægyptum, de cōspiratione fratrum eius q; ab illis venditus sit, præterea & qua fortuna vsus sit in Ægypto, de his oībus copiose in Bibliis. Etenim mirabili hac occasione in Ægyptum venire eum voluit Deus, vt & in hoc regno institueretur verus cultus Dei, & patefieret promissio de venturo Christo. Voluit enim Deus semper etiam in maximis regnis prædicari verbum suum: præterea vt per hanc occasionem Deus victus subsidium Jacob & eius generi famis tempore suppeditaret.

## De Mose, &amp; tyranni Pharaonis poena.

**Q**uanquam vero Abrax posterioris promiserat Deus possessionem terræ Canaan, tamen distulit promissum multo tempore, vt haberent interim quo per verbum fidem suam exercerent, imò etiam grauiter eos antea in Ægypto ad fligi permisit. Nam, vt testatur Genesis, Jacob cū filiis suis famis tempore in Ægyptū profugit, vbi multo

## DE PRIMA MONARCHIA

multo tempore egerunt, id quod postea adnota-  
bimus. Porro quum sine modo & intermissione  
grauaret populum Pharaon, & tyrannidem exerce-  
ret adeo, q̄ preceperat etiã natos masculos statim  
enecari, misit Deus Moſen, vt ex Ægypto educe-  
ret popuſſi Israel, qui poſt multa miracula popu-  
lum ad mare rubrum perduxit. Magna vi perfe-  
quutus eſt populum Pharaon, confidens ſui ſe voti  
compotem fore, vt omnes necaret: nã effugit lo-  
cus non erat, quum hinc montibus, hinc mari con-  
cluſi eſſent, & a tergo hoſtis Pharaon iſtaret. Sed  
hic declarauit Deus, q̄ vbi extrema neceſſitas in-  
cumbit, adest ſuis, & audit eos. Nam retrogreſſa  
eſt aqua, & per milliaria aliquot viam præbuit Is-  
raeli, vt ſine vlllo periculo tranſiret, ſed infeliciter  
ſubſequutus eſt in mare Tyrannus, qui priſtino  
more fluentibus iterum aquis abſorptus eſt cum  
delectiſſima totius Ægyptiaci populi parte: pro-  
poſuit hic itaq; Deus mundo nouum exemplum  
tuſus, velle ſe Tyrãnos impios, atq; adeo omnes  
contemnentes pietatem, iudicare & vlcisci.

Quo tempore decalogus præcepto-  
rum ſit datus.

**Q** Vinquageſimo die poſt diſceſſionem Is-  
raelitici populi ex Ægypto quum in de-  
ſerto iuxta montem Sinai iter facerēt, de-  
cem præcepta promulgata ſunt, incredibili mag-  
nificentiã & maiestate, nimirum voce audita e coe-  
lo plena metus & terroris. Atqui hoc opus Dei  
huiusmodi eſt, quo non aliud ſublimius in terris  
contigit hominibus antea. Continet enim doctri-  
na decem præceptorum ſummã ſapientiã diuinã,  
& compendio quodam cõplectitur quicquid le-  
gum, & conſtitutionum vſquã eſſe poteſt. Itaq;  
opera pretium eſt tempus non ignorare, quo do-

Strina

Trina tam magna dara est diuinitus, nimirum annis à mundo condito bis mille quadringentis quinquagintaquatuor.

Septingentis nonaginta octo post diluuiũ. Et Paulus ait, legem datam esse post factam promissionem anno quadringentesimo tricesimo. Nam is annorum numerus est, iam inde ab eo tempore quo natus Abraam annos septuaginta quinque promissionem accepit, vsq; ad id tempus, quo p̄ Mosen eductus est Israel ex Ægypto. Et quod legitur Exodi. ii. cap. habitasse Israelem in Ægypto annis quadringentis & triginta, numerari non debet ab eo tempore quo Iacob in Ægyptum profectus est, quum iam florebat Ioseph. Nam non esse hunc annorum numerum post Iacob, tantum vel inde facile colligi potest, q̄ Caath vnã cũ Iacob profectus est. Porro is filium Amram genuit qui filium Mosen habuit. Iam fieri nõ potest, quadringentos annos inter Caath & Mosen fuisse. Proinde supputandi sunt quadringenti & triginta anni illi, de quibus in Exodo legitur, ab eo tempore quo Abraam primũ ex Mesopotamia in Canaan profectus est, & postea ipse quoq; in Ægypto est versatus. Et vt rectius Pauli sententia deprehendatur, colligam annorum numerum paulò exactius. Anni viginti quinque sunt vsq; ad natum Isaac, ab eo tempore, quo Abraam primum in terram Canaan venit, quando natus erat annos septuagintaquinque.

Sexagesimo anno Isaac Iacob genuit.

Nonagesimo ætatis suæ anno Iacob, Ioseph natus est.

Decem & centum annis Ioseph vixit.

Sexagintaquinque anni sunt post Ioseph vsq; ad natum Mosen, & hunc numerum annorum etiam Philo adnotauit,

Annos

## DE PRIMA MONARCHIA

Annos octoginta Moses natus erat, quum ex Ægypto educeret populum. Contracti hi anni in summā constituunt annos quadringentos & triginta. Tanti temporis interuallum exiit iam inde, quum promissio daretur Abraæ, vsq; ad tempus, quo ex Ægypto profectus est Israel, & postea lex data est.

Iam vero dedit huic populo Israëlitico Deus certam politiam & peculiare quoddam regnum, in quo nihil desyderari potest, quod ad verum cultum Dei ad sacerdotium, præterea etiam quod ad ciuilem iustitiam attinet, vt aperte tandem existeret certus populus, qui haberet verbū Dei, & ex quo Christus aliquando nasceretur. Itaq; penes hunc populum semper fuit ecclesia, regnum Dei & verum verbum, vsq; post passum Christum, id quod obseruandum est, vt nemo nesciat semper fuisse Ecclesiam, & reuelasse Deum iam inde ab initio mundi verbum suum, & conseruasse illud semper apud suos.

### De Principibus Israel.

**A**B egressu ex Ægypto vsq; ad initium regni Saulis, anni fuerunt trecenti sexagintanouem, id quod aperte indicat textus. 3. Reg. 6. Iam vero post defunctum Mosē Principes habuit hic populus, qui partim autoritate prudentium hominū creabantur, partim a deo excitabantur vocatione peculiari, per quos res gestę sunt insignes: atq; ita declarauit deus se adesse & tueri suos fideliter, etiā si periculorum fluctibus aliquandiu agitari viderantur. Principes hi cōsuetudine Hebraica Iudices dicebantur. Cæterum quum extent historię eorū in Bibliis conscriptę, nos tantum nomina eorum recensēbimus, vt Chronicorum ordo, & ratio annorum rectius obseruetur.

Moses

**LIBER SECVNDVS**

Moses regnavit. 40. annos.

Iosue 27.

Othoniel 40.

Ehud 80.

Barach cū Debora prophetissa 40

Gedeon 40

Abimelech 3. Is parricidium admisit in fratrem suum, & per seditionem regnum à se transtulit, ideoque & ipse non multo post perpetrati parricidij pœnas dedit.

Thola 83.

Iair 22.

Iephte 6.

Abessan 7.

Abdon 8.

Sampson 20.

Post hūc præfuerūt populo hi summi sacerdotes.

Eli 40. annos. Samuel 40. annos.

Reges Israel.

**I**udices Israëlitici populi hereditarij non erant, ideo nec firmum aut certum imperium fuit in hoc populo, præterquam apud summos sacerdotes, sed præsidij loco subinde addidit deus prudentes principes, eosq; nunc hic nunc alibi excitabat. Ceterum hanc incertitudinem imperij indigne ferens populus, postulavit à Samuele summo sacerdote regem certum designari, qui præflet regno. Samuel nihil in re tāta temere factururus, Deum cōsuluit. Significavit Deus offendi se vehemēter hac libidine vulgi in nouo rege petendo, præcepitq; Samueli, hoc nomine grauius puniendum populum. Interim tamen annuit Deus in creando rege & regno instituendo & continuando. Confirmatur hic regni potestas diuinitus, & administratio regnorum verbis non obscuris, id quod in primis spectare decet.

## DE PRIMA MONARCHIA

Proinde obserua q̄ nō ideo irascitur Deus q̄  
improbet regium imperium: nam id clare confir-  
mat, sed indignè fert nouitatis studium multitudi-  
nis in ea republica mutanda, quam ipse institue-  
rat. Etenim Deus ferre non potest inmutatiōē  
imperatorum, quę diuinitus sunt ordinata. Et mo-  
nemur hoc exemplo, vt quamēnq; tandem inno-  
uationem fugiamus. Sunt præterea in hac historia  
multa alia præclara præcepta, quę breuitatis studiū  
me cogit prætermittere, tantum vnum hoc repe-  
tere volui, confirmari hic à deo denuo ciuilem ma-  
gistratum, principum & regum autoritatē, quan-  
do loquitur de iure, & officio regis.

Saul regnavit annos quadraginta, & propter  
impietate perijt, & totum eius genus extinctū est

Dauid imperauit quadraginta annos, & puni-  
uit eum Deus ob admissum adulterium, & per se-  
ditionē à proprio filio Absolon regno pulsus est,  
sed restituit eum Deus in regnum, ac seditionem  
grauiter puniuit. Absolon iniustato quodam ge-  
nere fati perijt.

*Ab. de heli  
Haretii  
caput.* Salomon annos. 40. rex fuit, sed eo defuncto di-  
stractum regnū est propter adulteriū Dauidis.  
De regibus Iuda, ex linea & ge-  
nere Salomonis.

**R**oboam rex imperauit annos septendecim.  
Et quum parere nollet consiliis maiorum in-  
minuendis nonnihil oneribus & exactiōibus re-  
gni, effecit seueritate sua, q̄ mutatio regni subsequē-  
ta est. Sequebatur enim cōsilia iuuenum, neq; pro  
æquitatis ratione quicq̄ remittere volebat. Defe-  
cit itaq; ab eo potissima pars regni, et nouū regnū  
in Samaria auspiciati sunt, id quod vtrinq; ingen-  
tium bellorū occasiōē præbuit. Cæterum in tri-  
bu Iuda retinuit imperium posteritas Dauidis, &  
regem Iuda sequuta est tribus Benjamin.

Abia

Abia regnavit tres annos, & pugna devicit regem decem tribuum Israel.

Afa imperavit annos quatuordecim. Hic magna laudem meruit, quod impium cultum Dei, qui contra verbum Dei institutus erat, abrogavit, adeo etiam quod ne matri quidem suae in hac parte pepercit, nam & illa peculiarem quendam cultum Dei sequebatur. Fortunavit hoc nomine eum Deus adversus Arabes, quos pugna vicit. Tandem etiam punitus est a Deo ob conspirationem quandam, quam, relicta fiducia in deum, inierat.

Media pars aetatis mundi.

**S**ub annum duodecimum imperii huius regis Afa expleta sunt tria millia annorum mundi, hoc est, media pars totius aetatis mundi, iuxta Elig dictum, quod in ipso principio libelli adnotauimus. Iam vero posthac animaduertere licet, maximas statim & repentinas mutationes in oibus imperiis accidisse, exorta bella & caedes esse, siquidem ad vltimum aetatis spatium paulatim vergunt res humanae.

Quin & hoc quoque considerandum est, res Iudaicas Graecorum & Romanorum factis vetustiores esse, vnde colligi facile potest, a Iudaeorum patribus, omnibus aliis populis originem esse, imò etiam antiquissimam doctrinam, atque adeo ipsum verbum dei apud Iudaeorum patres extitisse.

Iosaphat regnavit annos viginti quinque, commendatur ob studium religionis, & quod magna sedulitate omnia officia regia administravit. Et hoc nomine preclaras ei victorias donavit Deus. Elias propheta huius temporibus fuit, qui vivus in caelum sublatus est, atque ita in ipso medio aetatis mundi spatio exuscitat prophetam Deus doctrina & miraculis insignem, ut Verbum & promissio de CHRISTO subinde innovaretur.

## DE PRIMA MONARCHIA

Reliqua itaq; tria millia annorum mundi, sub hoc Elia incoeperunt. Elia successit Eliseus propheta. Ceterum de his duobus prophetis, q̄ damnarint impium cultum Dei, & quę miracula fecerint copiose in Bibliis sacris tractatur.

Ioram regnavit annos octo, occidi iussit matres, & fratres suos, & novę idolatrię autor fuit, quare & ob impietatem Deo meritas pœnas dedit, victus à Palestinis occubuit, à quibus abductę sunt vxores eius & liberi, præter Ochosiam, qui natu minimus erat.

Ochosias vno tantum anno in imperio fuit, & patris exemplo falsum cultum Dei institui permisit, quare occisus est. Porrò mater eius Athalia, vbi vidit interiisse suum filium, ne ab aliis occuparetur regnum, occidi iussit quotquot reliqui erant ex stemmate regio, atq; hoc modo à Salomonis posteritate translatum regnum est, vt hinc discamus quàm seueriter vlciscatur Deus peccatum. In primis autem considerare hoc debent principes, extirpari à Deo magnorum principum genus causa flagitorum.

Athalia mater Ochosię per violentiam retinuit regnum, & magnam tyrannidem exercuit annos septem. Tandem meritas pœnas dedit, quum ex iussu summi sacerdotis iugulata est.

De Nathan & eius posteris.

**I**N catalogo patrum, ex quibus Christus est natus, prætermisit euangelista Lucas Salomonem. Nam Salomonis posteritas extincta est, ceterum nihilominus in regno successerunt posteri David, iuxta promissionem Dei. Porrò habuit David & Nathan filium, cuius Lucas mentionem facit, ex huius genere reliqui reges Iuda fuerunt, nempe:

Ioas imperavit annos quadraginta, insignis hic pietate fuit, dum Ioiada summus ex sacerdotibus

vive



## LIBER SECVNDVS

19

vivebat, cui obtemperabat, postea ad impietatem & idolatriam defecit. Et Zachariam prophetam Ioiadæ filium ante templum occidi iussit, cuius & Christus meminit Matthæi. 23. cap. Quamobrem per Syrios puniri eum voluit Deus, & tandem à ministris propriis occisus est.

Amasia rex fuit annos vigintinouem, et hic primum pietatis studiosus fuit, & prophetas audiebat, quo nomine fortunatus à deo prostravit Idumeos. At postea insolentior factus, nulla compulsus necessitate ex mera libidine animi bellum cœpit, in quo captus est, & tandem perijt.

Ozias regnavit quinquaginta duos annos, dictus & Asarias hic est, & is principio pius fuit, & Philisteos vicit. Postea quum contra ordinationē Dei ipse in templo sacrificare vellet, lepra infectus est. Huius ætate vixerūt prophetae, Oseas, Amos, & Micheas qui contra vtrumq; regem in Samaria & Iuda docuerunt. Fuit & hisce temporibus Jonas qui missus erat ad prædicandum regi Assyriorum,

Ioathan regnavit sedecim annis, is pius erat, & foeliciter pugnavit contra Ammon.

Achas similiter annis sedecim regnavit, instituit falsum cultum Dei, & ex nimia superstitione & peruerso studio pietatis sacella & aras passim per totam terram extruxit, qua de causa permittit Deus ipsum & totum eius regnum grauitè adfligi & expoliari.

Ezechias regnavit annos vigintinouem, rex pius fuit, sublata idolatria verum cultum Dei restituit, sacerdotibus suas decimas reddidit. Et quia sunt hæc vera bonorum principum facta, ideo præclaras ei victorias donavit Deus. Nam quum oblideret Hierusalem Assyriorū rex, inuocavit pro subsidio ferendo Deum, & fuis per angelos Assy-

## DE PRIMA MONARCHIA

riis, liberata obsidione vrbs est. Esaias propheta huius regis temporibus fuit in summo honore, à quo institutus est rex in his, quæ ad timorem Dei pertinent. Porro sexto anno Ezechia, vrbe Samaria potitus est rex Assyriorum, & in seruitutē reductas decē tribus Israel abduxit. Maior hæc pars fuit populi Dei, quæ defecerat à Iuda, & propriū regnum instituerat: verū quū timerent sibi reges Samarię ne relaberetur populus ad regnum Iuda, quod diuinitus ordinatum erat, si subinde pro solenni more frequentaret Ierusalem, propter sacrificia faciendā, & audiendum verbū dei, iuxta præscriptum legis, instituerunt propriū quendam cultum dei, doctrinā propriam, & sacrificia contra verbum Dei: atq; ita abusi sunt prætextu nominis diuini ad priuatam potentiam regni sui retinendā. Contra hunc cultum dei subinde à deo missi sunt prophete in salutem & conseruationem plurimorum: interim autem potētissimi quique suum falsum cultum Dei mordicus retinuerunt. Proinde grauitè adflixit hos reges Deus bellis & seditionibus, neque apud vllum genus diu huius imperij dominium durauit, adeo etiam, q̄ tandem & reges & populum abduci permiserit Deus. Merito nobis hoc exemplum terrōrem debet incutere, vt discamus timere Deum. Nam si peculiari suo populo, & posteris Abraę, quibus tam præclaræ promissiones contigerant, non pepercit deus, sed regnum eorum tam subito euectit, & abiecit eos, quis animo tam securus est, qui credere potest, impune nos euasuros? Quin verò meā opinione, ea pars Samarię typum videtur præferre orientalis & Græcorum Ecclesie, quandoquidem vt Israel in Samaria abductus per Assyrios nunquam reuersus est, ita & orientalis Ecclesia per Sarracenos & Turcam prorsus est deleta. Et quemadmodum

Quum postea tribui Iuda accidit, ita valde metuo, ne & hæc pars occidentalis simile quiddam aliquid quando experiatur: metuendum sanè est, ne atrocius etiam nobiscum acturus sit Deus ob magnitudinem flagitiorum nostrorū. Cæterum voluit tamē interim Deus benedicere Abrahæ semini præ omnibus gentibus. Quamobrem pius lector exemplum hoc expendere secum debet, & precari Deum, vt in misericordia nos castiget, & non planè abiiciat.

Durauit hoc regnum annos ducentos quadragintaquatuor tantum. Breuissimum omnino hoc tempus erat, præsertim quū hic populus adeo magnificas promissiones haberet, etiam de bonis æternis, & interim quoq; bellis & seditionib. nūq; caruit. Vsq; adeo peruersum cultum dei nō sine deus inultum. Deuastatio regni Samarie facta est anno post mundum conditum. 3240.

Manasse Ezechie filius successit patri in regno Iudee, regnauitq; annos quinquagintaquinque. Restaurauit hic falsum cultum dei, & præ falso zelo pietatis proprios filios sacrificij loco cremauit, persecutus est Prophetas. Esaiam prophetā sanctissimum serra dissectum occidi iussit, tandē ab hostibus captus & abductus est. Cæterum quum agnosceret peccatum, & ex animo inuocaret Dominū, in gratiam vltro receptus est, & exempli loco proposuit eum Deus peccatoribus, vt non dubitent deum propitium fore, & remittere velle iram & vltionem, si ab impietate respiciant.

Amon regnauit annos duos, rex impius fuit, quare gladio ministrorum suorum perit.

Iosias regnauit. 31. annos, abstrulit impiū cultum Dei. Sacella & idola diruit, ossa falsorum prophetarum exuri iussit. Huius tēporibus libri Moisaici, qui multis iam annis interciderant, iterum

## DE PRIMA MONARCHIA

reperiti sunt. Exēplum hoc sanè in primis memora-  
 bile est, vsque adeo proficere & crescere impietate,  
 & traditiones humanas, vt sacra scriptura in  
 tanto sit contemptu, vt ipsi libri amittantur, verū  
 ita prospiciente Deo, tandem tamen restituitur et  
 profertur. Typum haud dubie præfert hæc histo-  
 ria nouissimorum temporum in ecclesia, cui sub  
 ipsum finem syncerior cognitio verbi reuelari de-  
 bet. Atqui vero quanquā Iosias pius omnino rex  
 erat, tamen suo tandem errore non caruit. Etenim  
 quum iam multo tempore magna pace vsus esset  
 & multa præclare egisset, audacior factus, nihil si-  
 bi infelicitè cedere posse existimauit ob pietatē,  
 itaq; bellum intulit regi Ægyptiorum, quanquā  
 pacis ineundæ conditiones expetenti. Sed quia sus-  
 ceperat hoc bellum ex fiducia humanarū viriū,  
 in pugna graui vulnere ictus interiit.

Ioachas regnauit tres menses & in Ægyptum  
 abductus est.

Ioakim regnauit annos.ii. Huius temporibus  
 inuasit totam Iudæam Nabuchodonosor rex Ba-  
 byloniæ, cuius tributarius factus est, abducti ho-  
 mines multi sunt, inter quos & Daniel adhuc ado-  
 lescens fuit. Postea quum non seruaret initum fœ-  
 dus Ioakim, reuersus Nabuchodonosor est, & ca-  
 ptum Ioakim Hierosolymæ occidi iussit, & cor-  
 pus eius inter alia cadauera ante urbem projectū  
 est, iuxta vaticinium Ieremiæ, qui prædixerat fore,  
 vt quemadmodum asinus sepeliretur.

Ioachin siue Ieconias rex fuit tres menses, re-  
 uersus sub id tempus Nabuchodonosor obsedit  
 urbem, vltro dedit se Ieconias ex consilio Iere-  
 miæ prophetae, cui reuelauerat Deus, Ierusalē va-  
 standam esse, & abducendum populum, ceterum  
 fore vt non prorsus interiret, sed reuersurum ali-  
 quando, & Ierusalem rursus extruendam esse. In

Baby

Babylone seruatus est Ieconias à Deo, q̄ prophete vaticinio paruerat, id quod postea adnotabim⁹. Abducti cum Ieconia in Babylonem sunt optimi quiq̄, præterea & quicquid pretiosæ supellectilis & ornamentorum erat in templo Ierosolymis.

Sedechias vndecim annos regnauit, defecit à rege Babyloniæ, cui tributum pendere non voluit, qua de causa reuersus Nabuchodonosor obsedit urbem. Et quanquam suaferat Ieremias, vt dederet se Sedechias, nam ita visum esse DEO, vt puniretur Iuda, & abduceretur populus, tamè parere noluit, fretus nimirum promissione dei, non interiturum Iudaicum populum esse. Hæc iactabat Sedechias, & peruerse interpretabantur summi sacerdotes promissionem dei. Nam seruare nihilominus poterat populum suum Deus, etiam si aliquanto tempore abduci & affligi permetteret. Itaq̄ contempta Ieremię prophetia est, præsertim quum tam longo tēpore differretur neq̄ responderet euentus, & huc accedebat quod iam tertio fuerat Iudæam ingressus rex Babylonicus, nihilq̄ promouerat in expugnanda vrbe Ierusalem. Præterea & anni exacti nunc vndecim erant, quibus multi ex vrbe profugerant, seruata vrbe. In causa hæc fuerunt, quod sperabant humano more pertinaciter nihil minus futurum q̄ eam calamitatem, quã prædixerat Ieremias. Erat & vndiquaq̄ munitionibus circumuallata vrbs aduersus omnem vim hostium. Cæterum Nabuchodonosor fame confecit eos, quum sesquianno obsideret urbem, fames tanta fuisse fertur, quòd ne ab esu propriæ sobolis quidem abstinuerint multi. A deo pertinax in suo proposito humana natura est, q̄ tanta necessitate premente subsidium & consolationē à deo recusat apprehendere. Nam si iuxta consiliū Prophetæ dedidissent se, tametsi exilium durum

## DE PRIMA MONARCHIA

fuiſſet, tamen pace ſaltē apud exteros frui licuiſſet. Tandem quum fugam moliretur, captus eſt Sede-  
 chias, & poſtea in conſpectu ſuo filios trucidari vi-  
 dit, ipſi autem oculi eruti ſunt, deuſtata vrbs Ieru-  
 ſalem eſt, templū, quod iuſſerat ædificari deus, ex-  
 uſum eſt, ſelectiſſima pars populi Iudaici eſt abdu-  
 cta in ſeruitutem Babylonicam. Merito ſanè hoc  
 exemplum commonere nos debet, non diſſimula-  
 turum eſſe deum in aliis regnis et principibus, ſed  
 grauiter vindicaturum eſſe peccata, ſiquidem tanta  
 ſeueritate in hoc regnum uſus eſt, quod ipſe in-  
 ſtituerat. Teſtatur enim ſcriptura, hoc immani ge-  
 nere ſuppliciorum deum adſiſſe Iudam ob pec-  
 cata eius, & quæ fuerint potiſſima peccata aduicit,  
 nimirum contemptus uerbi Dei, impius cultus  
 Dei, tyrannis aduerſus ueros doctores uerbi &  
 prophetas.

Deuſtatio vrbs contigit anno à condito  
 mundo termilleſimo trecentefimo ſeptuageſimo  
 tertio.

Anni à Dauid uſq; ad hanc direptionem vrbs  
 Ieruſalem, quingenti decem & ſex fuerunt.

Haecenus manſit regium nomē apud Dauidis  
 poſteros, inter quos fuerunt multi inſignes et præ-  
 clari reges, ut nullo in regno alio. Nam hoc regnū  
 Iuda peculiariter inſtituerat deus, & præerat illis:  
 ſed quia peccatum inter eos non deerat, ideo puni-  
 ti ſunt à deo, & mutatum regnum eſt. Nam regnū  
 Iuda annis ſeptuaginta in Babylone captiuum de-  
 tinebatur: uerum interea tamē ita ſe declarauit de-  
 us, ut deprehenderetur ſibi populum ſuum & Ec-  
 cleſiam curæ eſſe. Miſit enim prophetas inſignes,  
 ut Daniele apud Babylonicos, qui ipſum etiam  
 Nabuchodonofor regem conuertit. Nam quum  
 iudicio dei ob impietatem ſuam punitus & con-  
 uerſus

versus in rabiem ac furorem esset, vt nullo discrimine à bestia differret, orauit pro eo ad Dominum Daniel, & restitutus est: postea respicēns ab impietate abrogauit idolatrias, & institutus à Daniele verum cultum dei arripuit.

Post Nabuchodonosor Euilmerodach filius eius regnauit. Is honeste et pro regia dignitate tractari iussit Ieconiam regem, qui ex mandato Ieremie prophete vltro se dedens in exilium commigrauerat. Atq; ita fortunauit hunc regem deus, qui prophete verbis crediderat, quanquam periclitari visus fuerat ad tempus. Ceterum hoc modo seruum est à deo ab interitu genus Dauidis mirabili certe fato, id quod pluribus dicemus infra.

Euilmerodacho successit in regno Balthasar, Hic pietatis & verbi dei contēptor erat, veterem & iam antea abrogatam idolatriam Chaldaicam ex integro reparauit, poculis, quę ex templo Hierosolymitano ablata erant, in comestationibus vsus est, derisit deum Iudæorum, & contumelię causā cantari iussit: Chalæorum deum verum esse & superiorem deo Iudæorum. Sed quid factum est? Adduxerūt hę blasphemę voces interitum totius regni. Nam visibiliter apparuit manus, quę inscripsit parieti, perituum esse Balthasar cum toto regno. Contigit euētus eadem nocte, quia Medii & Persę obruerūt Babylonios subita irruptione, & potiti sunt regno, occideruntq; regem Balthasar. Testatur & hoc exemplum blasphemias in deum non manere inultas.

Nunc primę Monarchię tempus finem habet, vsq; ad Persas & Cyrum regem. Sunt autem inter Abrahā natum & Cyrum regem anni mille quadringenti nonaginta quinq;, quibus primum apud Chaldæos, deinde apud Assyrios fuit Monarchia:

## DE PRIMA MONARCHIA

narchia: Postea vero quum distrahi cœpisset, nunc Assyrii, nunc rursus Babylonij potentia prævaluerunt, donec Medi & Persę creuissent, & tandem Cyrus Babylone potitus esset, recuperata iterum Monarchia, & in vnum redacta.

Considerandum in primis est, vniuersum regnum Iudeorum sub hoc tempore primæ Monarchiæ cōprehensum esse, vnde cōstat vetustissimū populum Iudeos esse, & eorum tantum certas historias extare de primis regnis mundi.

## DE GRÆCIS.

**N**unc adnotabimus breuiter, qui fuerit rerum Græcarum status, temporibus primæ Monarchiæ, vnde facile colligi poterit, Iudeorum historias multo veruliores esse Græcorum monumentis, siquidem omnes eorū historiae post primā Monarchiam conscriptę sunt. Neq; possunt Græci certi aliquid, neq; longius repetere quicquam quod consentiat, q̄ quod Olympiades eorum indicant. At Olympiades cœperūt anno trigesimoquarto Ossæ. Id autem est, si accuratius ad calculum reuocetur, circiter annos ducentos ante Persarum Monarchiam. Sed propter imperitum lectorem Olympiadas missas facio, & ostendam paucis quid sub primę Monarchię tempus apud Græcos acciderit.

Græcorum regio non vnum aliquem regem habuit, vt aliæ nationes, sed fuerunt in ea partim principes multi, partim etiā potētes vrbes erāt, & variæ magnæq; cum principibus mutationes inciderunt. Nam vrbes potentiores factę egre poterant ferre Principes, quęadmodum nostra etate in Italia cōperimus, & ego, postea aliquot exempla referam, quę cognitu vtilia sunt, & certa historiarum testimonia habēt. Nā ante Troianū bellū parū admodū historiarū apud Græcos reperitur.

De bel



## De bello Troianorum.

**T**roianorum bellum sub Dauidis tempora gestum est, id quod Vergilio teste probari potest. Nam is ait stetisse Albanum imperium annis trecentis. Sic enim inquit de Albanorum regno: Hic iam trecentum totos regnabitur annos. Sub finem huius imperij Roma cœpit ædificari, id quod postea dicemus. & si annorum numerum conferas inter se, iam inde à temporibus conditæ Romanæ vrbis vsq; ad id tempus, quo Salomon imperare cœpit, reperias annos trecentos & tres. Neq; vero multo ante fuisse bellum Troianorum certum est. Dissentiunt hic quidam historiarum scriptores, qui hoc bellum vetustius esse adfirmant, cæterum diuersum ego multis argumentis probare possem, quæ nunc, vt compendio seruiamus, prætermitto. Porrò hoc dignum observatu est, qd occasio Troiani belli ex adulterio nata sit Paris enim Troiani regis filius Menelai principis Græcorum vxorem Helenam abduxerat, id autē indigne ferentes principes, & ciuitates omnes in Græcia, conspiratione facta ad Troiam profecti sunt, & integro decennio exacto, tandem Iliū urbem Troianorum expugnarunt, & occiso Priamo rege, Troianum regnum extinctum est. Ex Troia Æneas in Italiam nauigauit, in qua eam partē occupauit quæ Latium dicta est, auspicatus hic nouum regnum est, & Ascanio filio, qui & Iulus vocatus est, Alban urbem condidit, in qua imperarunt posterij Æneæ, vsq; ad id tempus, quo condita Roma est. Fuerūt in hoc bello Troiano multi præclari & insignes principes, quorum nomina aliunde petenda sunt. Ex Thessalia Achilles adfuit, à quo Troianorum præstātissimus dux Hector peremptus est. Et Achilles ipse tandem per fraudem periit. Troiani enim desponderant ei filiam quandam

## DE PRIMA MONARCHIA

quandam Priami, & quum ante altare in templo orans procumberet, per dolum à Paride telo trāsfixus est.

### De bello Thebanō.

**N**on multo ante Troianum bellum lōge atrocius bellum fuit Thebanum. Nam quum hæreditario iure cessisset regnum Thebanū duobus fratribus, Etheocli & Polynici, conuenerūt inter se hac conditione, vt alternis annis regnarent. Ceterum quum accepisset imperium Etheocles, contra initū foedus perpetuo dominari volebat. Coactus itaq; Polynices frater Argos ad Adrastum regem cōfugit, qui quum tradidisset ei in matrimonium filiam suam, vi eum in regnum restituere volebat, sed Adrastus ante Thebas cum principibus aliis cēsus est. Etheocles & Polynices fratres concurrētes forte in pugna, ambo mutuis vuneribus occubuerunt. Magnę huius & lamentabilis cēdis occasionem fratrum discordia peperit. Neq; vero adhuc belli finis fuit: nam postea alij principes magna manu obsederūt iterum urbem, & expugna tam tandem euerterunt.

### De Hercule.

**P**aulō ante hæc tempora, id est, breui tempore priusquā apud Iudeos Saul rex designatus est, vixit in Græcia Hercules, qui ante alios principes imprimis propter heroicas virtutes commēdatur. Parentes eius Amphitryo & Alcmena ex Tyrintho vrbe oriundi fuerūt, quęstia est non procul ab Argis. Amphitryo autē Thebas profugerat, propterea q; discordia orta cum fratre suo, occiderat eum, & hac occasione contigit Herculem apud Thebanos nasci, & primum hic suę virtutis specimen ædidi. Nam quum Minyæ, qui tum potentia celebres erant, & in Orchomeno vrbe regnabant, oppugnarent urbem Thebanam, Hercules

repuls

repulſis hoſtibus tutatus eſt eam, & oppidum Or  
 chomenon cepit, cuius imperium tum eſſe deſiit.  
 Vrbs ea opulentiffimã fuit, cuius apud Homërum  
 etiam magnę laudes extant propter diuitias. Hac  
 victoriã primũ Herculi magnũ nomen para-  
 uit, adeo quòd poſtea alij in Gręcia principes ſe vl-  
 tro ad eum contulerunt: proinde vbique pacis au-  
 ſorem ſe præbuit, principibus & vrbibus open-  
 tulit, iniuſte facta vindicauit & coërcuit, & erga il-  
 los quos adiuerat magna clementia vſus eſt, ne-  
 quę illis impoſuit vllum onus, quod tolerare non  
 poſſent. Hęc ſunt propter quę tantã laudem meru-  
 it, quantum nemo ex principibus alius. Poſtea in  
 Aſiam profectus regem Troianum Laomedonta  
 vicit & occidit, ſed in hac victoria regia plane mo-  
 deratione animi vſus eſt. Nam ſeruauit regnum,  
 neq; voluit delere, ſed eius poſſeſſionem Priamo,  
 vtpote vero hæredi tradidit. Et quia Priamo re-  
 gnum reſtituit, facile poteſt æſtimari, quo tempo-  
 re vixerit Hercules. Præter hæc & mare in Italia  
 & Hiſpania tutum reddidit à pyratis, eamque ob-  
 cauſam in extremo littore Hiſpaniæ & Aphricę  
 duos ſcopulos erigi iuſſit, qui huius facti memori-  
 am pæpetuo teſtarentur. Nam & hodie Colum-  
 nę Herculis adhuc appellantur. Habet hæc inui-  
 ſtiſſimus Cęſar Carolus Quintus, tanquam pecu-  
 liaris inſignis loco hodie, nimirũ vt videatur con-  
 tigiffe nobis à deo, quòd ſub hoc tumultuario re-  
 rum ſtatu in tota Europa tanquam Hercules eſſe  
 debeat, ad pacem & iuſtitiam virtute ac victrici  
 dextra ſua iterum reparandã. Hactenus de memo-  
 rabilibus rebus, quę in Gręcia primæ Monarchię  
 tẽporibus acciderũt, ſed pauca tamẽ præter hæc ad-  
 iiciã, ſiquidẽ cõſyderãdũ in primis eſt in hiftoriaiũ  
 lectiõne, quis fuerit ſtatu regnorũ, quę religiões,  
 quod

## DE PRIMA MONARCHIA

quod ius, deniq; quas artes habuerint, quibus floruerunt. Defunctis Noe filiis, verus quoq; intellectus verbi Dei in Grecia interit: quanquam interim ceremoniarum ritus & sententias de pietate retinuerint à patribus, tamen aucta est impietas, & subinde alia atq; alia idolatria erecta est. Quisq; enim pro sua angustia & necessitate qua premebatur, sinxit sibi peculiarem quendam cultū Dei. Nā quod à poëta dictū est: Primus in orbe Deos fecit timor, id de impio cultu dei excogitando verissimum est. Etenim nemo hominum natura tā ferus est, qui in necessitate constitutus, deum non inquirat, & quum ignorat tantum fide in Christū querendum esse deū, prolabitur ad opus aliquod externum, & fingit nouum quendam cultum honorandi dei. Hic fons & occasio est omnium ferē impietatum quæ sunt in mundo. Neq; vero putabit quisquam, in eo errore fuisse homines, q̄ existimauerint imagines & statuas deum esse: non enim ignorabant id lignum aut saxum esse, ceterū in hac fuerunt sententia, hoc opus & hunc cultum probari deo, & adorari eum hoc modo velle, quū tamen interim nolit deus se extra vnum Christū, per infidelitatem honorari, quocunq; tandē opere vel ratione. Itaq; nec certi esse vnquam poterunt, num deus ipsis esset propitius: hoc enim sine manifesta promissione dei, & absq; Christo certo sibi persuadere nemo potest. Caput autem omnis idolatriæ est, confidere in peculiari & à se excogitato cultu dei, & interim in afflictionibus tamen dubitare, num deus velit esse propitius. Hæc, inquam, dubitatio est præcipua pars idolatriæ. Et impius aliquis, bonus alioqui & sapiens, à vero Christiano & pio hoc maxime differt. Impius ille habet præclaras virtutes ac splendida opera, cor autem ipsius dubitat, num deus sit illi propitius.

Pius

## LIBER SECVNDVS

23

Pius autē & Christianus, potest quidem illo esse inferior, quoad reliquas virtutes, cor autem ipsius certo statuit Deum sibi esse propitium iuxta promissiones propter Christum. Atq; hoc præcipue animaduertendum est, & muniendus animus confirmandusq; aduersus huiusmodi dubitationem.

Sed mundus cæco quodam fertur impetu, volens sine verbo dei cum deo agere, instituit nouos & peculiare cultus dei quilibet pro suo arbitrio & sua necessitate. Itaque semper manet idolatria in mundo, etiã si ceremoniæ externæ & ritus, imagines & sacrificia aboleantur & immutentur.

Porro Græci qui homines mira industria & ingenio præditi erant, ideoq; varia & portentosa admodum superstitionis & idolatriæ genera excogitarunt, contra pericula belli, contra morbos, contra tempestates, contra ea etiã quæ in matrimonio, vel negotiatione possent accidere: atq; horum omnium quisq; suam quandam statuã, & suas preculas aut ceremonias peculiare habebat.

Iouis statua aduersus tempestates erecta est. Martem ob bellorum pericula colebant. Iunonem honorabant opum parandarum causa. Venerẽ deã ob fecunditatem prolis. Huius generis alia innumera apud Græcos fuerunt. Vsq; adeo in aliis atq; aliis errorẽ prouoluit hois animus, quã ignorat verũ verbi diuini intellectũ. Nã eõ tandẽ impudẽtiæ & cæcitatẽ progressum est, qd huiusmodi turpia etiã festa & solennia instituta sunt, in quibus matronas & puellas stuprare summa pietas habebatur.

Turpissima quæq; leguntur passim apud autores, quæ sub religionis nomine in solennibus diuorũ apud Gentes in usum recepta sunt, quæ flagitium est vel meminisse. Christus Dominus noster coerceat Satanam, ne per intermissionem vel ignorantiam diuini verbi, similia flagitia in mundum

D

irre

## DE PRIMA MONARCHIA

irrépant denuo.

De Sibylla.

**S**ibyllæ quoque nobis prætereundæ non sunt, si quidem illarum omnes historiæ huc meminerunt. Sibylla autem nomen non est certè alicuius mulieris, sed vulgato vocabulo vatē aut prophetissam significat. Fuerunt autem huiusmodi mulieres multæ, quædam etiam sanctorum patrum temporibus, quæ pleniore cognitione doctrinæ patrū institutæ, & intelligentes mysterium veræ fidei, præclaras sententias reliquerunt, quæ etiam nūc extant, de venturo Christo, de cōsummatione mundi, de iudicio extremo, de vita aeterna, quæ sæpe à Lactantio citantur. Porro vero ob vetustatē Lactantij, arbitror non à Christianis, sed apud gētes eas sententias repertas esse. Cæterū postea quoque superstitiosæ mulierculæ fuerunt, quæ de externarum rerum statu, de regnis et similibus aliqua prædixerunt, & hæc fortasse, sine iudicio tamen, sanctorum patrum dicta suis illis reuelationibus admiscuerunt. Delphis etiam Satan responsa dabat, ubi immane antrum erat, & quum aliquid interrogaretur, scemina super antrum sellæ insidens futura dicebat, ingenti interim vapore & flatu ventorum ex antro exestuante. Ita memorat Delphis accidisse. Postea conscripta oracula hæc à sacerdotibus, tanquā indubitata varicinia credebantur, & quia ambigue scripta erant, varie poterant detorqueri. Imposituræ hæc Satanæ fuerunt, quibus delusit mundum.

De Homero & Hesodo.

**P**rimum apud Græcos poëta doctissimi tantū habiti sunt, qui partim Musici, partim sacerdotes, medicinæ etiam & Astronomiæ peritissimi fuerunt quidam. Hi sapientiam & eruditionē suam  
caso

carminibus & breuibus sententiis complexi sunt. Inter eos autem, quorū scripta etiamnum extant, principes fuerunt Homerus & Hesiodus. Cassius scribit vixisse Homerū post Troianum bellum anno centesimo sexagesimo, & similiter ante conditam urbem Romanā circiter idem tempus annorum centum & sexaginta, id quod fuisse colligitur sub id tempus, quo Iosaphat apud Iudgos regnavit. Egit autem Smyrnæ, quæ in prima Asiæ parte sita est, vbi vetustissimi Græcorum habitauerunt, qui Iones & Eolēs dicti sunt. Et quanquā non fuerit Homerus in republica regenda potens, tamen apparet eum maximorum principum totius Græciæ consuetudine vsum esse. Nam omnium ferè principum genus & originem recūsissime descripsit, & libri eius omnium negotiorū civilium, & heroicarum virtutum plane speculum sunt. Depinxit enim omnia, quæ in regenda republica accidere possunt. Præterea & quod officium sit principum & summorum hominum inter se in consiliis, atque in aliis negotiis quibuscumque tandem tractandis, ita proposuit ob oculos graphice, vt videri possit in omnibus comitiis, et in maximis quibusque causis imperiorum agitandis esse apprime exercitatus. Proinde nullius unquam poetæ scriptum tam immodicis laudibus vexerunt sapientissimi autores, atque Homericum carmen, quod nunquam sibi Alexander Magnus è manibus excidere passus est, vt haberet ex quo de officio & virtutibus præstantissimi regis institueretur & admoneretur.

Hesiodus centum annos post Homerū vixit, Porphyrio teste. Parrōchus fuit apud Heliconem montem, vbi ingens & celebre templum erat. Scripta eius magna ex parte conciones sunt de bonis moribus. Sunt enim breues sententiæ vim omnium generis virtutum complectentes, cæterum de

## DE PRIMA MONARCHIA

Christo nihil habent. Nam cœlestis hæc doctrinâ gentibus abscondita erat. Continent quoq; scripta huius poëtæ veluti iustum & perpetuum Calendarium institutum ad cursum Solis, & obseruationem illorū astrorum, quæ anni discrimina ostendunt. Libellus dignus est qui proponatur ediscendus etiam pueris, & apparet ex eo olim sapientissimos homines in Græcia pueros suos ad præclaras has artes cognoscendas adhibuisse. Caterum spectatæ eruditionis & modestiæ vir Hesiodus poeta misere tandem periit, per quosdam ex amicis suis qui parum dignam gratiam ei retulerunt pro benefactis.

De condita vrbe Roma.

**P**ROCAS rex Albanus filios duos Numitorē & Amulium habuit. Iam vero decreuerat pater, regnū Numitori filio, utpote q̄ natu maior esset, tradere, sed Amulius qui ætate iunior erat hunc regno expulit & sibi imperium vsurpauit, ac ne quod periculi timere sibi posset à posteris Numitoris, filium eius Ægyptum per dolum obruncat, & filiam fratris Rheam Syluiam perpetuo sterilitatis voto addictam in Vestalium virginū consortiū detrudit. Sed hæc grauida facta gemellos infantes peperit, qui postea Romulus et Remus dicti sunt. Atqui vbi factum hoc cōperit Amulius, matrem in custodiam iussit dari, & pueros in profluentem Tyberis aquam exponi, vt submergerentur. Verum quū in ripam positi essent infantes, lupa forte fortuna accessit ex vicinis montibus, quæ eos lactauit, quousq; à pastore regio reperti sunt, qui ablatos infantes domum, vxori suæ tradidit educandos. Porro quum iam adolefcere cœpissent, audivissentq; olim infantie suæ insidias structas ab Amulio esse, & ab eodem per vim auo suo Numitori regnum ereptum, statuerunt perpetrata tyrannidis



rannidis vltiores esse, & per occasionem obtrun-  
 cant regem Amulium, & auum suum Numitorē  
 in regnum restituunt. Ita tandem iniustitiam non  
 sinit impunitam Deus. Postea Romulus & Re-  
 mus fratres in eo loco, vbi expositi et reperti erāt  
 vrbem edificabant. Contentione autem orta in-  
 ter fratres, quū ætate & fortitudine pares essent,  
 vter imperaret, placuit tandem vt penes Deos es-  
 set arbitrium, ita vt cui contingeret præclarior au-  
 gurium, is dominaretur. Primum itaq; Remo sex  
 vultures aduolarunt, postea Romulo duodecim  
 vultures fuerunt augurium. Jam vero quū primi  
 augurij nomine regnum postularet Remus, rur-  
 sus dissidium inter fratres coortū est. Mirum enī  
 q̄ vehementer exagitet hominum animos libido  
 dominandi, neq; facile cohiberi se patiatur. Sed qd  
 multa & tumultu exorto tandem Remus occisus  
 est, & imperio solus Romulus est potitus, a quo  
 & vrbs Roma est appellata. Hinc iam apparet, ex  
 posteris Æneæ conditam esse Romanam vrbem.  
 Syluia enim mater Romuli ex Ænea originē ha-  
 bet. Ceterum quum ignoraretur pater Romuli,  
 ob honestiorem pretextum cuiq; finxerunt Mar-  
 tem Deum Romuli patrem esse. Quo pacto autē  
 imperium instituerit Romulus, & quæ bella gese-  
 rit, Lilius adnotauit. Ego solum breuiter tem-  
 porum ordinem indicabo, & si quæ insignes muta-  
 tiones regnorum inciderunt, vt quisq; sciat quid  
 in lectione omnium historiarum potissimum sit  
 spectandum: neq; etiā ea prætermittemus, quæ ad-  
 miranda cœlesti fato quodam contigerunt, vt vi-  
 dere queamus puniri a deo iniustitiam, & quibus  
 de causis mutari soleant respUBLICÆ & imperia.

Pomponius Atticus & plerique alij, qui exa-  
 ctissime numerum annorum supputant, huiusmodi  
 ticipisse vrbem Romanam statuunt, in initio

## DE SECVN. MONARCHIA

tertij anni sextæ Olympiadis, hoc est, in decimo anno Ioathan regis Iuda, post conditum vero mundum. 3201.

Ante Christum natum fuerat Roma, 729. annos. Quin hoc quoq; subiticio, quod Varro scribit duodecim vultures typum præ se ferre ætatis & durationis vrbis, nimirum mille ducentorum annorum. Nam singulos vultures seculum, hoc est, centum annorum tempus significare ait, neq; vero absurdum hæc est interpretatio. Nam ab initio conditæ vrbis Romæ vsque ad Honorij & Archadij tempora quum à Gotthis deuastata est, fuerunt anni circiter. 1300.

Reges imperarunt Romæ. 244. annos teste Liuij. Eusebius etiam duos annos addit,

Romulus 38

Numa 43

Tullus Hostilius. 32. hic Albam euertit, & imperatorem eorum Metium Sufferium, qui sæderis initi ruptor fuerat, digno supplicio adfecit. Dedit enim in eo puniendo insigne documentum hominibus, quomodo proditores puniri oporteat. Nam distentum inter duas quadrigas ligari, & equis in diuersum cõcitatis discerpi ac lacerari iussit. Cessauit hic regnum Albanum, & cõtiguit hoc sub id tempus, quo apud Iudeos Manasses regnauit. Porro euersa Alba, veterum Troianorum posterij in primis Iulij ab Iulo filio Æneæ exorti, Romanam profecti sunt relicta Alba, qui postea potentiores facti apud Romanos, tandem totã Monarchiam soli receperunt, Iulij Casaris temporibus. Proinde ab Homero rectissime predictum est de Æneæ, q; posteritas eius perpetuum imperium habitura sit, idq; haud dubie de Romanorum regno intelligi debet, nam eorũ vltima est Monarchia, sed de his infra copiosius. Tullo Hostilio successit

## LIBER SECVNDVS

28

In regno &amp; imperauit Ancus Martius. 24. annos.

Tarquinius Priscus 37.

Seruius Tullius 44. Huius tempo-

ribus Perfarum Monarchia cœpit. Equidem ut breuitatis rationem haberem, simul hic Romanorum reges comprehendere volui, q̄ plerique oēs ante Perfarum Monarchiam regnarunt, quę dum stetit, pauca admodū memorabilia facta sunt apud Romanos, nimirum quorum non magna admodum sub id tempus vires erant.

Tarquinius Superbus. 25. Pulsus hic est regno, ob filij Sexti Tarquiniij flagitium, qui Lucretiæ pudicissimę matronę per vim vitium obtulit, quę pudoris nomine gladio pectus transuerberauit. Facti indignitate moti cognati eius regem expulerunt. Exemplum hoc quoq̄ testatur, quibus de causis patiatur Deus mutari regna, & vindicari tyrannidem. Satis hæc sunt dixisse de initio conditæ vrbis, & vnde Reipublicæ prima immutatio incidit.

DE SECVNDA  
Monarchia.

**S**Vpra monuimus septuaginta annos in exilio apud Babylonios egisse Iudeos, ceterum non abstulisse impune regem Balthasarem, q̄ blasphemus fuerat in Deum Israel, & templi vsibus destinata vasa prophanarat in regniis commensationibus. Nam Medi & Persę inuaserunt regnum eius, & vrbe Babylonica vnâ & regnis Chaldeorum & Assyriæ potiti sunt. Merito itaq̄ secunda hæc Monarchia dicenda est, quia maxima totius orbis regna iam iterū coalescere cœperunt.

D 4

quibus

## DE SECVN. MONARCHIA

quibus postea à Persis tota propemodū Asia est adiecta. In primis vero expendere debet hic pius animus, ita visum esse Deo ad iustitiam, honestatē & modestiā conseruandam, tanquā in vnum corpus & legitimū imperium quoddam redigi vniuersum mundum denuo. Nam necesse esset omnē ciuitatē & bonas leges interire inter homines, nisi ad conseruandas eas eligeret & institueret deus potentissimas Monarchias subinde, & fortissimos principes, qui eas tueri, & collapsas iterū reparare possent.

Porro hæc Persarum Monarchia primū cognita fuit Græcis, & quæcunque ferè apud Græcos, præclare & magnifice gesta sunt, sub huius Monarchiæ temporibus acciderunt. Atq; hinc est quod à Persis auspicantur Græci suas historias, quibus parum videtur cōpertum fuisse, q̄ ante Persarum tempora in orbe gestum erat in regnis alijs.

Quod ad annorū ordinē in historijs attinet, hic mihi primū lector monendus est, hætenus mutatum me esse annorū supputationem ex sacris literis, quæ ordine iam inde à condito mundo annorum numerū indicant, vsq; ad septuaginta illos annos, quibus Iudæi apud Babylonios in exilio detinebantur. Proinde continentur in Biblijs sacris certa Chronica annorum vsq; ad Persarum tempora, ceterū postea non ita exacte obseruatur annorum ratio, nisi quod Daniel testatur, annos esse nonaginta supra quadringentos, ab eo tempore, quo permissum est Iudæis reparare euersam urbē Hierosolymā, vsq; ad Christum natū. Et in re facili magna hic inter quosdam contentio est, de supputandis recte his annis, in quibus nos nullā esse difficultatem ostendemus. Nam Dauid signate admodum tempora aduentus Christi expressit.

Initium

LIBER SECVNDVS 29

Initium Monarchię Perſarum.

**P**orro vero vt consentiat numerus superioribus illis septuaginta annis, numerabuntur & nobis in hac Monarchia Perſarum anni centum novaginta & vnus. Quanquam enim à Græcis maior hic annorū numerus recenſetur in Monarchia Perſarum, id tamen eò factum est, quod primum non post exactos septuaginta annos, sed iam antea citius annos viginti numerare cœperunt Græci. Atque hoc modo Philonis & Græcorum supputatio æquari debet. Iudæi enim auspiciantur annum Cyri post victam Babylonem, cæterū Græci eos etiam annos adnumerāt, quibus iam antea regnauerat, sed hi ad subsequentes annos non sunt referēdi. Proinde vt res clarius intelligatur, iuxta Philonis ordinem primum summos sacerdotes recensimus, postea & Perſarum reges subiiciemus, quemadmodum Græci eos numerāt. Porro vero qui intelligit Cyri regni initium esse post occupatam Babylonem, is facile conferre poterit Græcorum numerum cum his. 191. annis.

Sleus Sacerdos	36.
Ioakin filius absente patre	8.
Iesus reuersus	20.
Ioakin iterum	48.
Ehasib	21.
Ioiada	24.
Ioathan	24.
Iaddus	10.

Summa. 191. anni, testatur Iosephus vixisse Iadum cum Alexander in Asiam profectus est.

Perſarum reges quemadmodum à Græcis numerantur.

Cyrus	29.
Cambyſes. 7. mens.	5.
Darius filius Hyſtaſpis	36.

D 5

Xerxes

## DE SECVNDA MONARCHIA

Xerxes	20.
Artaxerxes Longimanus	40.
Darius nothus	19.
Artaxerxes Mnemon	40.
Ochus	26.
Arsames	3.
Darius	6.

Ordo temporum magna ex parte hunc numerum probat. Etenim, vt alijs atque alijs temporibus vixerūt historiārum scriptores, ita illorum regum potissimum meminit quisq; qui sua aetate imperarunt, quemadmodū Xerxis Herodotus mentionem facit. Thucydides Artaxerxis Longimani, hos Xenophon de Dario notho & eius minoris filio Cyro, præterea & de Artaxerxe Mnemone scripsit, & militiā vna exercuit Xenophon in bellis illis, quæ sub hæc tempora gerebantur. Errant itaq; valde recētiore scriptores rerū Iudaicarū, q̄ nō nisi quatuor Persarū reges ponūt, prætermittētes plus q̄ centū annos in certissimo ordine annorum mundi, vnde nascuntur alij grauiore errores.

In Daniele et Esdra mentio facta est regū Persarum, sed variant nomina quorundam à Græcis. Ego vero vt omnia cognoscantur apertius, quæ mea sit sententiā breuiter subiicio. Metasthenes à quibusdam reiiçitur, quòd pleroseq; ex Persarū regibus nominat aliter, q̄ Græci. Caterum quū non dissentiant ab eo Esdra & Philo, non reuicio eos reges quos citat Metasthenes. Dubiū enim non est, Esdrā regnum & res Persarum exactissime cognouisse, siquidem inter primores regni & consiliarios regis eum vel præcipuum extitisse constat. Ordināt Metasthenes in hunc modum reges Persarum, & hi primi sunt, in quibus variant, ceterum apud Philonem & Esdrā idem ordo est.

Darius & Cyrus simul 2, & postea Cyrus solus

## LIBER SECVNDVS

30

Ius annis viginti duobus regnavit.

Artaxerxes Assuerus	20.
Darius Artaxerxes Longima,	37.
Darius Nothus	19.
Artaxerxes Mnemon	55.
Ochus	26.
Artames	4.
Darius	6.

Dissentio hæc, mea quidem opinione, facile dissimili potest. De Dario primo qui simul cum Cyro imperavit, nihil quicquam cōpertum est Græcis, quādoquidem ut Daniel testatur nondum imperavit, ideoq; exterarum nationū hominibus ignotum plane fuit nomē eius. Et discernit Daniel hūc Darium à Cyro. Dariū enim Medū, Cyrum Persicum esse dicit. Iam vero numerant Græci Persarum reges tantū, neq; admittent illis res Medorū, quorum regnū iam translātū erat ad Persas, ideoq; nō dissentiunt Græci scriptores ab historiis sacris, tamen Darium prætermittant, siquidē numerant tantum Persarum reges. Iosephus scribit q̄ fuerit hic Darius Cyaxares Astyagis filius, de quo Xenophon scribit, id quod non impugno.

Secundus Artaxerxes Assuerus, est Darius Hyaspis filius, et prætermittit Cābyes, propterea q̄ is patre Cyro adhuc vivēte vel nō diu admodum post defunctū patrē fuit in imperio. Nā habuerūt hūc morē Persæ, ut belli causa in exteras nationes proficiscēte rege, alius antea substitueretur, q̄ absentis regis vice fungeret interea, atq; hac ratione Cābyes à Cyro patre rex designatus est, et præfectus regno, quū bellū institueret aduersus Scythas, quibus quum per sexennium dimicatū est, & interea temporis administratum est imperium à Cambyse, cui septem annos tribuunt Græci, qui intelligi debent de eo tempore, quo adhuc vixit pater. Et

Assues

## DE SECVNDA MONARCHIA

Assueri historię testantur ipsum Darium esse, q̄ Philo scribit illas ab eo regiones recuperatas esse bello quę defecerant postquam Cyrus cum Scythis pugnasset infœliciter.

Tertius dictus est Darius Artaxerxes Longimanus, hunc Gręci Artaxerxē Longimanum simpliciter vocant, & nomen inde sortitus est, q̄ dextra illius longior fuerit sinistra, quem Metasthenes Darium nominat, Esdras Darium et Artaxerxem promiscue, nā hisce nominibus non aliter vsi sunt, atq; Imperatores nostri vocabulis Cęsarıs & Augusti vtuntur. Cęterū quod statim in ordine succedit Dario Artaxerxes hac de causa contigit, quod quū Xerxes statim in principio sui regni in Gręciam se contulisset, Artaxerxes interea regnum in Oriente administravit. Et quia non presens mansit in oriente Xerxes, ideo eius mentionem non faciunt Iudęi, sed Artaxerxem pro rege habent, quod in imperio constitutus regnat interim, dum abest Xerxes. Post hac nulla est amplius discrepatio, & ad hunc modum bibliorum & Gręcorum historię rectissime possunt concordari. Dissensio annorum inde oritur, quod alij reges aliis adhuc viuentibus imperarunt, & hinc factum est, quod annorum ordinem alij aliter collegerunt.

### De Cyro.

CYrus primus Persarum Monarcha inter præstantissimos mundi reges & heroes vnus habitus est. Etenim præter omnis generis egregias et vere heroicas virtutes, donauerat ei etiam deus peculiarem fœlicitatem & fortunam in gubernando, & præclaras victorias de hostibus, imò etiam ad pietatem & verum cultum Dei per Daniele prophetam ei contigit erudiri, vt testantur sacre literę. Eius generis principes huiusmodi a Deo virtutibus exornatos suspicere debemus tanquā insignia

guia



## LIBER SECVNDVS.

32

gna dona dei, per quæ iuuare mūdum, retineri in  
 officio homines, seruari modestiam, & pacem, le-  
 ges deniq; institui vult deus. Quod quum ita sit,  
 flagitium plane est vel contemnere vel parui facē  
 re tales principes, quemadmodum vulgus homi-  
 num imperitorum facit. Ceterum inter huiusmo-  
 di ministros dei, & preclaros heroes orbis, hic Cy-  
 rus merito referendus est. Neq; vero generis no-  
 bilitas in eo desyderari potest. Ita enim visum deo  
 est, imperiorum dignitatē per viros summis vir-  
 tutibus & maiorum prestantia insignes conserua-  
 ri. Et quia tantis honoribus nobilitati sunt a Deo  
 maximi principes, debent quoq; a nobis tanquam  
 precipuum aliquod opus dei honorari. Pater Cy-  
 ri princeps Persarū fuit oriundus ex posteris Sem,  
 mater ex regio stemmate Medorum nata erat. Et  
 scribit Herodotus Astyagi regi Medorū per som-  
 nium visum fuisse, ex vtero filie sue vitem enasci,  
 que propagatione sua totam Asiam obumbraret.  
 Conceptum hinc omen est, potentissimum quen-  
 dam principem eam pariturā esse. Itaque quū iam  
 nasceretur Cyrus infans, timuit Astyages, ne re-  
 gnum suum a Medis ad Persas aliquando transfer-  
 retur. Quamobrē prefecto aule sue Harpago præ-  
 cepit, vt exponeret infantem enecandum. Ceterū  
 quum perimendum curaret infantem Harpagus,  
 mirabili sanè fato seruatus est. Vsq; adeo enim ad-  
 remorandum consilia diuina irriti sunt humani co-  
 natus & studia. Infans pastori traditur in montem  
 deportandus, vt ibi fame intereat, iussusque pastor  
 est non deserere infantem priusquā perierit, & re-  
 nuntiare istud ipsum Harpago, vt veritatem facti  
 posset referre regi, et curare pro dignitate regni ge-  
 neris sepeliendum puerum. Sed quid sit? Sub idem  
 forte tempus, quo in domum suam hūc infantem  
 addert pastor, mortuā prolē pepererat vxor eius,  
 que

*Astyagi**Somnium**de vite**seafuturo**filii cyri*

## DE SECVNDA MONARCHIA

quę ubi ex marito suo audisset exponēdum hunc  
 infantem, quem præter elegantiam formę, regium  
 etiã vigorem & alacritatem quandam præferre  
 agnoui, præterea quod & ex regio sanguine or  
 tum habeat, suadet ac rogat maritum, vt suū mor  
 tuum puerum in huius locū supponat, sibiq; eum  
 tradat pro suo educādum. Monet etiã ne cędem  
 in regiam sobolem committat, maxime quum ab  
 hoc puero nihil periculi regno possit imminere,  
 quum pro pastoris filio educatus sit habendus. Ad  
 hæc & regię voluntati satisfactū esse, si audiat pro  
 certo, puerum mortuum defunctum esse. Acquis  
 scit pastor vxoris consilio, renuntiat Harpago pue  
 rum mortuum esse, ille missis aliquot qui videāt,  
 curat puerū sepeliri, atq; hæc omnia regi pro cer  
 to indicantur. Interim apud pastorē alitur Cyrus,  
 & quum paulatim succrescere cœpisset, statim re  
 gia indoles, & alacritas ingenij apparuit in puero.  
 Nam magno honore & amictia prosequuti sunt  
 eum reliqui pueri cœquales. Quin & puerorū  
 more regnum instituit inter pueros, & si quis pec  
 casset, hunc castigare solebat serio. Verum accidit  
 per hanc occasionem, quod ubi nobilem quendā  
 puerum ob peccatum verberasset fortasse durius,  
 accusatus est apud pueri parentes, qui deinde que  
 relam ad regē detulerūt. Rex accersito puero atq;  
 interrogato, admiratus est grauiorem in eo cōstan  
 tiam, & prudentiam in respondendo, q̄ pro pueri  
 atate. Percussus illico animo reputauit secum tem  
 pus, quo pepererat sua filia, & peruestigatis omni  
 bus circumstātiis ætatis, tēporis, educationis, agno  
 uit ex filia suum nepotem esse, quem exponēdum  
 mādauerat olim. Cognitum iam retinuit apud se  
 aliquandiu in aula, & quum ob singularem probi  
 tatis indolē, quę relucebat in puero, nihil iam am  
 plius sibi timeret Astyages, remisit eum in Persiã  
ad pa

ad parentes suos. Interim tamen ob admissum do-  
 lum grauiter infensus rex est Harpago, quod non  
 perfecerat mandatum regium in occidendo olim  
 puero. Iubet Harpago minorē filium in aulam ad-  
 duci, quod quum fecisset Harpagus, iussit rex ma-  
 ctatum & deinde coctum filium Harpago nescien-  
 ti edendum apponi, ceterum quum iam satur es-  
 set, precepit Astyages amputatum caput, pedes, et  
 manus pueri indicari coram Harpago, vt videret  
 proprij se sui filij carnes comedisse. Harpagus viso  
 capite, agnouit factum regis, atq; adeo vnde eius  
 esset occasio, sed suppresso omni dolore, pro cōsue-  
 tudine sua, solita regem obseruantia & timore co-  
 luit, dissimulans interim grauissime se aliquando  
 per occasiōem hanc tyrānidem regis vlcisci vel-  
 le. Sed postea nunquam desit Harpagus magno  
 studio sollicitare Medorum primores & potentis-  
 simos nobiles ad defectionem ad Persas, & vt Cy-  
 rum regem substituerēt, quin & Cyro quoq; hoc  
 ipsum indicauit & hortatur, vt inuadat regnū, ne-  
 que tyrannidem inultam manere sinat, qua vsus sit  
 rex in vtrunq; atq; vt lateat institutum, in lepore  
 exenterato epistolam occultat, eumq; fido nuntio  
 tradit ferendum Cyro in Persiam, nihilq; nuntiarī  
 iussit per nūtiū, nisi vt rex Cyrus ipse lepori de-  
 traheret pellem. Cyrus repertis literis & cognito  
 consilio Harpago, exercitiū continuo parat, & pro-  
 ficiscitur aduersus Medos. Contra vero Astyages  
 ad ressiendū hosti copias educi iubet, quibus Har-  
 pagum imperatorē prefecit, sed is vbi ventū est  
 ad pugnam & se & totum exercitum suum vltro  
 dedit Cyro. Itaq; amisso Medorū regno victus  
 est Astyages, ceterum seruauit eum Cyrus & pro  
 regia dignitate tractari iussit. Incidit hęc immuta-  
 tio in regnū Medorū ob tyrannidē regis, propter  
 quam & translatum est ad Persas totum imperiū.

Post

*u. O. g. A. g.*  
*pposit*  
*petri*  
*code. ad g.*

*at Astia*  
*in mitti*  
*liberij*

## DE SECVNDA MONARCHIA

Post hæc opulentissimus rex Cræsus in prima  
 Asiæ parte Cyro bellum intulit, cui obuiam aduer-  
 sa acie profectus Cyrus fudit eum, & totū regnū  
 occupauit, & expugnata munitissima vrbe Sardis  
 Cræsum captiuum cepit. At quū iussu regis cre-  
 mandus Cræsus iam pyram extructam ascendis-  
 set, flebili admodum eiulatu vociferabatur. O So-  
 lon, Solon. Admiratus has voces Cyrus interro-  
 gari iussit, qua de causa tanto dolore has voces  
 subinde ingeminaret, tum ex imo pectore inge-  
 miscēs: Solon, inquit, olim apud Athenienses vir  
 sapientissimus fuit, cui summos aliquando, quū  
 apud me esset, honores exhibui, ostendiq; ei om-  
 nem potentiam & thesauros meos, & interroga-  
 ui tādē, putaretne posse vnquam aduersi aliquid  
 accidere mihi, qui potentia et opibus videbar mu-  
 nitus esse, aduersus omnes casus fortunæ, & vim  
 hostium? Sed ad hæc respondit Solon cum obiur-  
 gatione: Neminem hominū tam fœlicem esse in  
 hac vita, qui ante obitum beatus ab omni parte di-  
 ci possit, neq; tam potentem quenquam esse, quē  
 non aduersus casus queat debilitare & euertere.  
 Cæterum tum securū se fœliciori successu rerum  
 ait contempsisse hæc verba, neque timere potuisse  
 hunc tam insignem lapsum, quem modo experi-  
 retur, & quia nunc primum intelligeret sententi-  
 am Solonis, ideo eius se nomen iam ante mortem  
 nominare, & optare se omnes homines in secun-  
 dis rebus calamitatum que accidere possunt nō es-  
 se immemores, ne ob presentem fœlicitatē redde-  
 rentur insolentiores ad tentandum vel suscipien-  
 dum aliquid, quod exitium per occasionem possit  
 adferre. Hæc ubi audisset Cyrus, clementiæ adse-  
 cū erga Cræsum ductus est inquis. Nolle post  
 hac se durus in Cræsum agere, qui olim potētissi-  
 mus quoq; rex fuisset, nā & se quoq; hominē esse

me

*transi  
 scriba 100  
 ratio sui*

## LIBER SECVNDVS

33

mémínisse, sibi que accidere posse, q̄ aliena ope & clementia vtendum sit. Post hæc adduci ad se Cræsum iussit, & vt magnum principem summo habuit in honore, eiusque consilio in gerendis rebus vsus est. Interrogauit hoc quoq̄ ex eo Cyrus, quæ de causa cœpisset hoc bellum, an monitus Apollinis oraculo, quem antea dicebatur consuluisse. Ad hæc respondit Cræsus inquiens: Apollinem recte consuluisse his verbis: Nosce teipsum, & succedet fœliciter. Non contempsisse se hoc oraculum Apollinis. Nam postquam in subsidio ferendo Assyriis succubuissent sui, statuisse se porro tranquillitate & pace frui, maxime quum vidisset tanta in rebus omnibus conficiendis fœlicitate & potetia vti Cyrum. Ceterum quum à circumiacentibus passim urbibus et magnis principibus ob potentiam quum peritia rei militaris coniunctam commendatus fuisset, iterum superbia & cæca admiratione sui deceptum se esse, & designatum se esse à principibus reliquis imperatorem belli aduersus Cyrum. Hisce autem encomiis adductum se, q̄ responsum Apollinis aliò acceperit, existimaueritq̄ se eum vere esse, qui prædicabatur, nimirum, q̄ potentia nõ esset Cyro regi inferior, atq̄ his demum rationibus cõtulisse se ad hæc arma. Sed hæcenus satis superq̄ de Cræso. Exempla præclara hinc peti possunt, adduci sepe principes ad bella suscipienda ex nulla necessitate, & magno incommodo suo ex consilio & assentatione illorum, qui falso persuadere & extollere vanis cõmendationibus eorum potetiam, & virtutes norunt. In Cyro rege præcipue considerandum est, q̄ in tantis successibus omnium rerum summa moderatione animi vsus est, & q̄ in tanta violentia victoriarum tyrannidem clementia mitigauit.

Occupauit itaq̄ Cyrus regiones omnes à Persia vsque ad primos Ionie fines, dein regressus Ba-

E bylon

*Apollin.  
oraculo*

## DE SECVNDA MONARCHIA

*Babylon  
civitas*

bylonem urbē obsedit, quę aduersus omnem vim humanarum virium munitissima habebatur. Verum Cyrus potitus est ea, idq; hac ratione. Euphrates fluuius per riuos aliquot fluit per urbē, huius aggeribus effossis alio duxit aquarum fluxum, & exiccato fluuio pedibus tuto in urbem venire dabatur. Pręterea & suos proditores habuit, qui indicabāt quo tēpore maxime securi essent Babylonij, atq; ita silēti nocte, quū nihil minus vererētur, exercitu per fluuiū ducto inuast urbē, & obtinuit.

Sed quid attinet multis fęlicitatem Cyri prędicare, quum facile ęstimari queat opus dei esse, nō humanę prudentię aut virium, tot ac tam potētes vrbes ac reges subiectos eius imperio, cui nulla propemodum humana vis videtur resistere potuisse. Etenim potentia cęlesti instituuntur & conseruantur summe illę Monarchię, ad legitimū quędam reip. statum contra voluntatē Satanę retinendum inter homines. Porro post deuictam Babylonem, tum primum hoc regnum Persarum Monarchię appellationem accepit: nam Monarchatus caput vrbs Babylon erat, & sub vnum imperiū modo Chaldęorum, Assyriorū, Medorum, Persarum regna redacta sunt. Adiecta est & maxima pars Asię, & amplissimę alię regiones, quas regna hęc contiguas habēt. Administrauit autem hęc regna Cyrus cū summa laude, adeo q; nullius principis laus cuius historię meminerunt, cum huius commendatione possit æquari.

Cępisse hanc Monarchiam arbitror post occupatam Babylonem septuagesimo anno post abduktionem Iudęorum in Babylonem. A condito vero orbe anno ter millesimo quadringētesimo quadragesimotertio, & ante natum Christum anno quingētesimo primo. Vnde ęstimari facile potest, Gręcorum historię, quę initium ā Cyro habent,

non

non admodum sanè vetustas esse.

De liberatis ex Babylonica captiuitate Iudeis.

**H**Actenus de Reip. & imperij statu horū temporum, nunc restat vt de spirituali regno Dei & Ecclesia quædam dicamus. Postq̄ Babylonios subegerat Cyrus, Iudæos omnes ex omnibus regnis suis liberos dimisit, restituitq; eos in regnum Iudaicum. Testatur hoc exēplum quantæ curæ sit deo ecclesia piorum, & q̄ eius obliuisci non queat. Nā vt liberaretur ex seruitute ecclesia, Babylone urbē diripi & interire necesse erat, dum nullo adfectu misericordiæ erga Iudæos vti volebat. Primores autē ex Iudæis, qui remigrarunt Ierusalem, fuerunt Zorobabel Ieconix regis nepos, & Iesus sacerdos, atque ita relicta est summa Iudaici imperij apud posteritatē Dauidis, & Sacerdotium quoq; de integro restitutum est. Sed infra à nobis dicitur quid porro de rebus Iudaicis actū sit, nūc ad Cyrū redeo, cui hāc quoq; gratiā donauerat deus q̄ per Daniele prophetā ad cognitionem verę fidei & cultum dei verū perueniret, id quod ipse in cōfessione sua testatus est his verbis, q̄ oīa regna sua hic in terris à deo acceperit, à quo & iussus sit dirutum apud Ierosolymitanos tēplū reparare, estq; hac occasione tum tēporis doctrina veræ fidei non apud Iudæos modo, sed & apud Gētes cognita in regno Cyri. Cōmēdatur enim à Gentibus ob studiū pietatis, & q̄ hortatus sit subditos ad timorē dei. Dixisse eū Xenophō scribit: Quæadmodū melius esset nauigare cū bonis, ita & fœlicius esse cū bonis in rep. versari, & bella gerere.

De Daniele.

**D**Icendū hic merito mihi esset de Daniele, qui summ⁹ sub id tēpus propheta extitit in ecclesia, sed eius laudes breui oratione me nō posse cōplecti fateor; nā non modo excellentissimo spiritu

## DE SECVNDA MONARCHIA

præditus fuit in doctrina pietatis, de qua insignes eius prophetiæ extant, in quibus & ipsum tempus aduenientis Christi clare expressit, verum etiam in his quæ ad civilem administrationem imperij pertinent, cõsiliario eo utebatur rex Cyrus, & prophetias memorabiles cõdidit de statu regnorum sublimium quæ futura erant. Sed de his omnibus in eius scripto, ego hic ea missa nunc facio, ne modum videar excedere.

### De morte Cyri.

**S**Ubacta iam Babylone irruerunt Cyro in regni fines Scythæ homines feri et barbari. Cyrus commendato interim Cambysi filio imperio, ad repellendam vim hostium cum exercitu profectus est. Principio fudit Scythas, & regem Scytharum iuniorum captiuum cœpit. Caterum scribit Herodotus ab immanissima gente Scytharum vicissim fusos esse Persas, & in ea pugna cecidisse Cyrum ipsum, & reginam Tomyrim amputatum eius caput in vnam sanguine humano plenam projecisse, dixisseque cū summa exprobratione: Sacia te sanguine modo, quo nunquam ante hac expleri potuisti. Immane hoc factum est, quod barbaræ gentis crudelitatem magis arguit, quàm quod dedecori aut opprobrio Cyro regi esse possit, quippe quod ut tueretur fines imperij sui iustissima arma aduersus Scythas sumpserat. Oportet enim principem propter vim hostium repellendam ad arma capeffenda non ignauum esse. Neque vero hoc prætermittit Herodotus, alios de fato Cyri aliter sentire. Et Xenophon scribit in lectulo eum decumbentem mortuum esse, & priusquam moreretur hortatum filios suos fuisse ad timorem Dei, ad concordiam & amorem inter se mutuo seruandum, & multis præterea verbis longaque oratione monuisse, ut meminisse velint animas humanas cū corporibus non interire

re si

*libe sane  
qm fcti*



te simul, sed manere immortales, & pios defun-  
ctos hac vita perpetua quiete apud Deum frui, &  
econtra homines impios grauissimas pœnas esse  
daturus. Et his adiecisse dicitur insigne argumen-  
tum rationis humanę de maleficis, qui in vita hac  
ob consciētiam scelerū magno intus apud animū  
terrore exagitatur, & inde colligi posse, animæ su-  
am quandā essentiam esse, & quum terror hic diui-  
nitus incutiatur, argumento esse, deum vlcersi vel  
le quicquid iniuste cōmittitur. Sed hætenus satis  
de sanctissimo hoc rege Cyro.

Quo tēpore Philosophi primū, in Græcia fuerint,  
Svpra monuimus, apud Græcos primum om-  
nium Poetas eruditionis nomine celebres fuisse.  
Postea sub Cyri temporibus aliud doctorū ge-  
nus cœpit, qui philosophi dicebātur, & horū vno  
tempore sectę duplices fuerunt. Alij enim Philo-  
sophi Ionici, aliq̄ vero Italici philosophi dicti sunt.  
Ionici in Ionia fuerunt: hi magna diligētia vsi sunt  
in Physicis rebus & astrorū cursibus inquirendis.  
Autor horum Thales fuit, qui primus Græcis in  
trecentos sexaginta dies annū partitus est. Quanq̄  
enim antea duodecim menses habuerant, tamē so-  
larem motum ad lunę cursum referre cogebantur.  
Thales etiam primus apud Græcos Eclipsim præ-  
dixit, & puncta æquinoctiorum reperit, quæ artis  
minime vulgaris pars erat. Didicerat hæc ille ab  
Ægyptiis, apud q̄s antea seruauerat hęc artē deus.  
Docuit & hic Thales aīas immortales esse, estq̄  
primus & verus hic autor Philosophorū Græciæ.

Altera Philosophorū pars, qui Italici vocātur,  
a Pythagora ortū habet: nam & is sub Cyri tēpo-  
ra vixit, in ea Italiæ extrema parte, quę ad Siciliam  
tendit, et olim Græcia fuit. Tēporibus Pythagore  
Romę Seruius Tullius regnavit: huius schola non  
in Physicis aut Astronomicis, vt reliquorū, sed in

## DE SECVN. MONARCHIA

arithmetica, geometria & musicis fuit occupata. Porro degebat Pythagoras vitā solitariā planē cū suis discipulis, variisq; ceremoniis vsus est, & multa absurda docuit de natura animarū, q; cōmigrare soleant hominū animæ in bestiarū corpora poenæ causa. Tractarūt autē Pythagorici priuatim inter se sua dogmata, vetitūq; inter eos erat, ne in publicum æderentur à quoq; ne occasione inuistatę doctrinę plebecula vel ad discordiā, vel ad contēptū cōmunium morum concitaretur: ceterū nō admōdū diu huius generis Philosophi durauerūt. Neq; nunc attinet plura de ortu Philosophorū narrare, saltem indicare hic volui, ne quis ignorare posset, quo tēpore cœperint & auctę sint sciētiæ literarū, postea suo loco de illis dicemus, qui præ aliis Philosophiā excoluerunt, quorū nō multi numerū sunt. Sunt enim perpauca digni, vt tā præclaro Philosophi vocabulo nominentur, idēq; non multū eorum à nobis referentur.

### De Solone.

**S**ed quanq̄ hic breuitati studemus, tamē Solonē præterire silentio nō volo. Nā ab eo ciuilis Romanorū iuris, cuius etiā hodie passim vsus est, origo demanauit. Vixit sub eadē hęc tempora Solon, summaq; familiaritate cū Thalēte deuinctus fuit. Atqui quum grauissimæ dissensionēs essent apud Atheniēses exorte, propterea q; potētiores vrbs, debitores suos, qui soluēdo nō erāt, ex priuata libidine in seruitutē & mācipia redegressent, tota vrbs Atheniēsis cōsensit in Solonem, vt is libidinē hęc potentiorum, & reliquos reip. turbatos mores in ordinē redigeret & corrigeret. Suscepit hanc prouinciam Solon vltro, & multas præclaras constitutiones & leges ædidit, quę etiānum extant. Porro ante Solonē legislator Draco fuerat Athenis, huius leges nulla prorsus equitatē tēperatę erāt, namq; omnia

Omnia vitia & trāsgressiones gladio iuxta esse castigandas statuerat: atq; hinc cōstat à prudētissimo quodam dictum esse: Draconis leges sanguine nō arramento scriptas esse. A deo seueris primū & seriis cōstitutionibus vsi sunt homines: ceterū nihil diuturnū esse potest, quod nimis rigidū est, quodque nullo equitatis temperamēto est mitigatū. Solon vero inter hęc discrimen seu gradus fecit, statuitq; alia peccata pro ratione grauius, alia remissius corrigenda esse, cōstituit & de cōferendo censu, de pōderibus, deq; totius anni temporibus. Et in primis hęc lex cōmendatur, quā tulit, vt quisq; quotānis indicaret magistratui magnitudinē facultatum suarū, & artificij genus, vnde sibi honeste vitium pararet, & si quis otium sectaretur, hūc propulsandum ex vrbe esse.

## De Cambyse.

**R**egnare cōcepit Cambyse, quū pater Cyrus contra Scythas profectus est. Patris imperio Ægyptiorū regnum adiecit. Plurimū autē à patris virtutibus degenerabat. Quū Prexaspes inter delictos cōsiliarios vnus liberius monuisset eū, dixissetq; laudari eum à Persis plurimū, ceterū hoc ipsi displicere, q; ebrietatis vitio obnoxius esset, cōuocari ille iussit primores regni, interrogauitq; nū aliqua in re merito reprehendendus esset, at illi nequā respōderūt, sed virtute etiā antecellere patrē Cyrū, siquidē eius regno Ægyptū adiectā esse. Cōtra vero Cræsus, cui in primis cōmendauerat Cyrus Cābysem filium instituendū ad honestatē: notūdū, inquit, Cābysem æquari posse patri Cyro, quādoquidē non procreatū adhuc ab eo talem filium, qualē reliquerit Cambysem Cyrus. Placuit tum id venuste dictum Cambyssi. Atqui dimisso Senatu quū nemo principū culpasset aliqd in eo, iussit ad se vocari Prexaspem, precepitq; vt minorem natu

*bravij  
leges  
veras.*

*reps  
auante*

*conlat*

## DE SECVN. MONARCHIA

*in ebri-  
tate  
transfo-  
ratur  
vt pulch-  
eriet.*

filium suum ad se adduceret, nam testaturum se quod  
pulchre etiam sobrius videri possit, quum maxime  
potaret: velle enim se iam ebrium arcu collimare in  
filium eius, quod si iaculo cor eius transfigere queat,  
estimari posse inter potandum suam se rationis con-  
silio non carere: sin vero minus, merito se ebrieta-  
ti deditum habendum esse. Sed quid multa? Quum  
probe perpotasset Cambyfes, iaculatus est in pue-  
rum tanquam metam destinatum, & transfixum iam  
excindi iussit, ostenditque patri Prexaspi, recte trans-  
fixum esse cor pueri, inquit, vt inde estimaret  
se ebrium non esse. Vtique adeo barbaros, feros &  
tyrannicos mores inducit hominum animis ebrie-  
tas, etiam si recte antea instituti sunt, quemadmo-  
dum dubium non est, fuisse iam inde a primis annis  
ad honestissimos mores educatum Cambyfen re-  
gem: & quanquam ebrius iaculandi peritiam non ig-  
norat, tamen rectoribus consiliis rationis interim  
viri non potest, & illis virtutibus caret que ad mo-  
destiam & gloriæ studium homines solent incita-  
re. Exempla huiusmodi proponenda sunt adole-  
scentibus deditis plerumque ebrietati: nam quis exi-  
tus subsequutus sit hos mores, paulo post dicemus,  
Parricidium perpetravit etiam in proprium fratrem  
Smerdim, quem necari clam iussit, ne regnaret alio  
quando. Preterea & sororem germanam in uxorem  
duxit, quum tamen ab hoc genere contrahendi ma-  
trimonij natura abhorreat.

*Delictis  
canu*

Porro euenit quod quum vna cum regina sorore  
accumberet inter epulas rex Cambyfes, volupta-  
ris capiunde causa catulum leonem & acerrimum  
canem inter se commisit, & quum leo robore & ferocia  
superior esset, magna vi alter canis, non minus acer  
ruptis vinculis quibus ligatus erat, fratri cani opem  
tulit, et victus leo est. Delectatus in primis hoc spe-  
ctaculo rex est, ob fidelitatem canum inter se. Ceterum  
eodem

eodē factō mota regīna familiariter admodū flere  
 cœpit, & quū hoc ipsum egerrime ferret rex, que-  
 reretq; causā luctus, respōdit: Nihil minus suo  
 fratri à fratre contigisse, q̄ huiusmodi fidem, qua  
 videret canes à se mutuo iuuari. Responsum hoc  
 indigne ferens rex, ilico eam abripi è suo conspe-  
 ctu, & necari iussit. At tales mores non diu succes-  
 sum habere potuerunt. Loquitur enim Deus in  
 scriptura: Viri sanguinum & dolosi non dimidia-  
 bunt dies suos in terra. Proinde non multo post  
 graui vltione animaduertit in eum Deus. Etenim  
 ex Ægypto rediturus in Persiam, quum equū iam  
 ascendisset, decedente è vagina gladio, grauissimo  
 vulnere in altero latere fauciatu interit. Testatur  
 hoc exemplum, Deum non ferre diu tyrannos.  
 Nam non longe post mortem Cyri supra vnus  
 anni spatium vixit Cambyfes, neq; heredem reg-  
 ni reliquit, estq; hoc modo semel totus extinctus.  
 Est profecto commiseratione in primis res digna  
 intra tam breue tempus regnum Persarum à po-  
 steritate Cyri sublatum esse. Mansit tamen nihil  
 minus summa imperij Persarum penes sanguinē  
 Cyri. Nam duxit in matrimoniū filiam Cyri Da-  
 rius, qui alioqui etiā cognationis gradu Cyrum  
 attingebat.

De supplicio iniqui iudicis.

**N**emo tam desperatæ spei princeps est, qui nō  
 aliquando saltem honesti aliquid faciat. Nam  
 exornat Deus officiū magistratus, efficitq; vt ad  
 conseruationem publicæ administrationis egre-  
 gia & vtilia nonnunq̄ opera necessario fiant. Cō-  
 mēdatur in omnibus historiis Cambyfes ob vnū  
 hoc factum, propter quod laudem meretur. In pri-  
 ori Asię parte prefectum habuit, Sisamnem appel-  
 latum, hunc audierat pecuniæ largitione corruptū  
 inique iudicasse, quare occidi eum iussit, & detra-

*cuty d.*  
*tra fa*  
*iniquo d.*  
*is*

## DE SECVN. MONARCHIA

etiam corporis eius cutem in tribunali instar pel-  
lis extendi voluit, & in locum occisi iudicis cōsti-  
tuit Otanem filium eius, collocauitq; eum in sella  
iudicis, hac lege atq; omine, vt contemplatione  
paternæ cutis caueret, ne simile aliquando suppli-  
cium subire cogeretur. Et monet hoc exemplum  
eos qui magistratum gerunt, vt meminerint deū  
inultam non sinere iniustitiam.

De Dario rege Persarum.

**C**Ambyse profecto in Ægyptum defecerunt  
ab eo Magi apud Susam, & Magus quidam  
per dolum regium sibi nomen vsurpabat. Dicti  
autem sunt Magi illarum regionū sacerdotes &  
sapientes. Cæterum quū iam reditum adornaret  
Cambyses in regnum, vt animaduerneret digno  
supplicio in feditiosos Magos, in ipso itinere per  
occasionem, vt iam antea diximus, occubuit. Post  
mortem Cambyssis, trucidatis Magis, primores  
regni Persarum imperiū occupabant, deinde die  
comitorū iam dicto, conueniunt consultari de re-  
stituendo in certum ordinē quendam regno Per-  
sarum. Principes numero septem fuerunt, quēad-  
modum in Germanico regno septem Electores  
principes sunt, designati illi haud dubie fuerūt ex  
magno consilio & prudentia, tanq̄ totius Persarū  
regni summi consultores. Iam vero quum septem  
hi principes conuenissent consultari in commune  
de salute regni, de tribus potissimum rebus inter  
consultandum controuersa incidit.

Otanes quidam consuluit, non esse porro  
deligendos reges, sed fœdere firmato principes  
iuxta imperare debere, libertate vtrobq; seruata,  
nam antea satis compertum esse in exemplis, vnū  
virum tot ac tantarum rerum dominum facile in-  
solescere, & in tyrannidem degenerare, quemad-  
modum Cambysem fecisse constaret.

Secun.

Secundus Megabyfus repudiato hoc confilio adfirmabat, talem libertatē etiam perniciofioſiorem tyrannide futurā: nam principes & vrbes ſi Dño careant non poſſe non abuti hac libertate ad priuatā libidinē. Sed ne quid eius fieri poſſet, conſultum eſſe non vnū aliquē regem deligendum, ſed aliquot principes conſtituendos eſſe, penes quos ſumma ſemper regiē potentie permaneret.

Vtriuſque horum ſententiam refellens tertius, Darius dictus, conſultum vnū regem eligendum eſſe: nam quanquā hic, ſicuti in alijs rebus humanis omnibus multa magnaq; incommoda incidere poſſent, tamen nullum imperium ſtabilius aut firmitus eſſe Monarchia, hoc eſt, ſi vnus imperet, in cuius manibus totius regni cardo verſetur. Et ſi enim tria hæc conſilia ex equo honeſta & optima plane ſint tamen ſi conferantur inter ſe, certo certius eſſe, Monarchia non aliud pulchrius aut vtilius poſſe reperiri, nimirū que ad diuinum & coeleſte regnū accedat propius. Præterea fieri nō poſſe, vt diu concordia ſeruetur inter principes liberos, aut ſi ad potentiffimum regnum adminiſtrandū aliquot deligantur principes in regis locum, idq; propter diuerſitatem grauiffimarum cauſarū, que ſubinde tam late patienti regno inciderent, in quibus ſemper conſentire inter ſe non poſſent principes. Præter hæc non defuturum quoq; eſſe inter hos ipſos principes dignitatis & dominiſtudiū præ reliquis, quibus vnus tanquā ſubditis vel inferioribus dominiari conaretur. Cauſæ hæc fuerunt, quas commemorauit Darius, quibus & calculum ſuum adiecerunt reliqui quatuor principes, ſtatueruntque tandem pro veteri more regem eligendum eſſe.

Cæterum ne quod diſſidium inter principes regni ſuboriri poſſet, ſenſerunt deo electionis regia

*Monarchia  
ſert  
cat. regij*

## DE SECVN. MONARCHIA

gia sortem committendam esse. Placuit vt multo mane conuenirent vnâ in equis principes in certū locum, & cuius equus hinnitum prius egeret, hūc regem fore. Darius reuersus domum indicauit cōsiliū principum aulæ suę præfecto, qui facile hoc se effecturum adfirmabat. Etenim sub vesperum pridie constitutę diei equum Darij & equam in destinatum locum adducit, ibiq; equum equę admittit, vt mane cognito loco desyderio equæ absentis hinniret caballus.

Atqui mane conuenientibus principibus hora dicta & constituto loco, Darij equus primus hinnitum adidit, & ne dubitare possent in fatis ita esse, vt regem Darium haberent, cōtinuo in aperto & sereno cœlo sine vlla tempestate fulgur cū adiuncto tonitru inter hinniendum refulsit. Statim reliqui principes ex equis desilientes Dario regios honores exhibuerunt, estq; hac occasione in fastigiū regni Persarum euectus Darius, quod summa postea cum laude administrauit. Regiones quæ, quum periisset in Scythia Cyrus, defecerant, magna virtute restituit imperio. Quin etiam Babylonem vrbem detrectantem iam imperium Persarum, post longam obsidionem recuperauit, idq; per hanc occasionem.

Zopyrus quidam Megabyssi, qui ex septem principibus vnus fuerat, filius, præscidi sibi nasum aures, & labia iubet vltro, regi; propositi sui consiliū indicat, & tanq̄ profugus ad Babylonios se cōfert, cōqueritur de crudelitate regis, qui ideo lacerari se tam fœde iusserit, q̄ consiliū dederit vt desererent vrbem, neque enim simulauit aliter se regis hostem esse, & qui auxiliij capiundi causa profugerit ad Babylonios. Babylonij vltro receperunt eum, & imperator ab eis factus, trucidauit aliquot ex militibus Darij, ita enim conuen-

rat

*Zopyri  
fidelitatis  
in abscondendo  
sibi labij  
nasum et  
vltro sub  
ditionem  
regis sui  
auiserat  
babylonem*



fat cum Dario, vt maiorem sibi fidem apud Baby  
lonios faceret primum, postea credere illi oēm ex  
ercitum Babylonij, quem tradidit Dario, fecitq;  
vt totam vrbem recuperaret, quam obsederat iā  
mensibus sex supra integri anni spatium. Porro in  
gentem Darius rex gratiam habuit huic Zopyro  
ob fidelitatē, nam pretulit eum postea oibus prin  
cipibus regni. Et oblato malo granato ait Darius:  
nihil se sibi exoptare posse praestantius in hac vita  
quam si tot Zopyri possent contingere, quot gra  
na hoc pomū intus haberet. Significare enim vo  
luit non posse habere regem alium thesaurū dig  
norem aut munimēta regni fortiora, quā fidos  
amicos & consultores.

De bellis Darij in Græcia.

**V**Endicare etiam sibi tentabant Persæ Macedo  
niæ & Græciæ regna, q̄ Persarum finibus cō  
termina erant. Sed quia tanquam certos limites  
cuique regno præfixit deus, quos excedere nō po  
test, ideo neq; Macedones, neq; Græcos suo impe  
rio subiicere potuerunt Persarum reges. Porro in  
Græcia sub idtempus plurimi & maximi quique  
euentus acciderunt, qui vt numero multi sunt, ita  
omnes enarrare ordine longum est, recitabo autē  
quædam, sed non nisi selectissima, & breuiter.

Persæ legatis ad Amyntam Macedonię regem  
missis postulabant, vt sese dederet ipsis. Metuens  
sibi ob potentiam Persarum rex Amyntas, sup  
plex propemodum vltro quod petitū venissent  
facturum se esse promittebat, tractauitq; legatos  
omnibus humanitatis officiis. Et quum ex voto  
legatorum solenne epulum institutum esset, po  
stulabant conuiuij exornandi causa nobiles ma  
tronas & filias adduci. Amyntas nihil tale negare  
audens vltro adduci iussit. Porro vero quum iam  
Perse bibissent largius, impudenter adludere cœ  
perunt

*Ab. optat hanc  
lot Zopyri  
fidelis q̄  
Storata  
in pone  
granato.*

## DE SECVN. MONARCHIA

*Nota doli  
ad imitanda  
lymnia*

perunt ad foeminas ingenuas, adeo vt vehemēter  
 raderet Amyntam, & iuniorē regem Alexandrū  
 filium eius ipforum immodestā, atq; ob reueren  
 tiam ætatis rogauit Amyntam patrem Alexāder  
 filius, vt secedens ē cōuiuiū cubitū iret, se vero  
 mansurū interea apud hospites. Iam vero abeūte  
 patre simulans Alexander lætitiā permisit iocari  
 Perfas cum mulieribus liberius, tandem petiit vt  
 surgerent paulisper omnes, permitterētq; matro  
 nis paululum secedere ē cōuiuiū, redituras enim  
 esse ornatiōres statim. Permiserūt hoc ipsum Per  
 farum procēres vltro. Interea autē curabat Ale  
 xander, vt selectissimā forma adolescentes indut  
 matronali habitu in cōuiuiū redirent, & sub ve  
 ste gladios occularēt, quibus inter iocandum tru  
 cidarent Perfas, id quod factum est. Nā ab his ado  
 lescentibus Perfa ad vnum oēs sunt perēpti, estq;  
 hoc modo eorū impudentia grauiter punita. Ale  
 xander hic refertur inter Alexandri proauos.

Post hęc Gręci etiam qui in prima Asia parte  
 sub Dario erant, defecerunt, & Sardis oppidū di  
 reptum incendio deuastarunt, & ad hoc opem tu  
 lerunt Athenienses. Nam Histieus quidam insig  
 nis princeps ministrum quendam ad eorum im  
 peratorem misit, & ne res palām fieret, deaso cri  
 ne ex capite serui, cui impressit in hanc sententiā,  
 vt ā rege deficerent, postea renato capillo non li  
 teras, sed hunc seruum ad eundem imperatōrē mi  
 sit, cum hoc tantum mandato, vt capillum ei de  
 ronderet, & caput aspiceret, quod quū fecisset  
 imperator, ilico defecit ā Dario. Verum autor hic  
 seditionis trucidatus est, & laqueo Histieo vita  
 est adempta, atque hisce remediis sedatus tumulu  
 tus non serpsit latius.

Porro hęc & similia alia occasionem Dario pre  
 buerunt, q; ingentes copias, peditum centum mil  
 lia,

Ma, & equitum decem millia in Græciam misit, ad sumendum supplicium de Atheniensibus ob seditionem. Castra posuerunt ad duo milliaria ab Athenis. Iam vero quum consulerent plerique, non esse contra eundem hostibus, sed si obsidionē tenerent, urbē fortiter tuendam esse, Miltiades vnus diuersum suadens, ostendit grauem omnino & intolerabilem vulgo obsidionem esse, verum subita irruptione facile opprimi posse hostes. Sequuti sunt Miltiadis consilium, quem & belli imperatorem designarunt,eductæ copiæ sunt Atheniensium decem millium cōtra hostes, nullum his præsidium accesserat ex vrbibus reliquis, nisi ex Platea vrbe tantum mille viri missi erant in auxilium Atheniensibus. Atqui paruo hoc exercitu ingens illa Persarum instructissima multitudo fusa est, & magnā omnino laudem meruit hæc pugna, quia à summo atq; incredibili terrore ac metu totam Græciam liberauit, quo illa non aliter perculsa tum erat, quā si nostro tempore Turca inuaderet Germaniam.

Non prætereundum hic nobis est, quam gratiā tandem pro hoc beneficio retulerit Miltiadi multitudo Atheniensium. Nam præter hanc victoriā & alia eius præclara facta extiterunt erga rempublicā. Adiecit enim virtute bellica alias vrbes & insulas, quibus imperium Atheniensium auxit. Sed quia magnæ virtutes inuidia & obtreccatione malorum carere nō possunt, effectum est à quibusdam apud populum, vt coniectus in publicū carcerem sit Miltiades, donec persolueret reipublicæ tercentum millia coronatorum. Porro quū soluendo non esset, & iam diuturno situ & squalore carceris infirmari cœpisset, filius Cymon, vt liberaretur pater, in carcerē descendit, tandē mortuo patre, ditissimus ciuis quidam filiā Miltiadis in vxō

*Victoria**Græcorum**ad persas**aduersus**200 000**et 10000**in eadē**St. Hieronimo**amor**filij**pro*

## DE SECVN. MONARCHIA

in uxorem duxit, & exposita pecuniarum summa  
liberauit ex carcere Cymonem. Adeo ne pro re-  
cte factis parem & dignam gratiam habere bonis  
viris vulgus solet?

De Xerxe rege.

**D**ario duo fuerunt filij, natu maior ante regnū  
oblatum susceptus erat, iunior vero Xerxes  
dictus, in regno ex matre Atossa Cyri filia natus  
fuit. Is quia ex utroq; parente regio fuit, successit  
patri defuncto in imperio, vt regnum maneret  
apud Cyri posteros. Permisit hoc grandior natus  
frater magna sanè modestia animi, nulla contenti-  
one vsus aduersus Xerxem fratrem.

Porro fuis in Græcia Persarum copiis, nouum  
de integro exercitum parabat Darius, sed dum il-  
le restaurare bellum conatur, morte obit. Itaque  
Xerxes statim sub initium sui regni bellum a pa-  
tre acceptum instruxit, & maxima vi militū Græ-  
ciam intrauit, adeo etiam vt quorundam scripta  
testatum reliquerint, nunq̄ simul tam innumerabi-  
les copias collectas fuisse, q̄ Xerxis regis. Iustinus  
ait septingēta millia ex eius regnis in armis fuisse,  
& de confederatis exteris trecenta millia homi-  
num. Quanq̄ autem parum videtur credibile, tan-  
tam fuisse multitudinem, tamen historię satis tes-  
tantur, & plurimę pugne quoq; que sub id tem-  
poris factæ sunt, ingentem Xerxis exercitum fuis-  
se. Et hodie etiamnum experimur in expeditione  
Turcica, quantis copiis, sed armatura leui Ori-  
entales gentes ducant exercitum.

Quinetiam Daniel testatum reliquit, regē ex  
Persia maximo apparatu militum contra Græcos  
uenturum. Legitur etiam collecto iam vnū in lo-  
cum tanto exercitu, Xerxem subortis lachrymis  
magno animi dolore dixisse: Calamitosisimā pla-  
nè esse sortem humanę vitæ; nam ex tot millibus  
homi-

*N*  
natura  
innumera  
que vixit

*flet  
Xerxes  
ob mortem  
nostram*

## LIBER SECVNDVS

42

hominum ne vnū quidem superstitem esse posse annos centum. Additur his Xerxem quum iam angustias maris pontibus sterneret, suborto fremitu tempestatis, iussisse verberari mare.

*Xerxes  
verberat  
mare.*

Pertinet huc etiam, quod nō immerito prodigium est, inter proficiscendum flumina ab eius exercitu bibendo exiccata esse.

*N.  
Iordan  
et flumina  
exiccata  
sunt potu*

Cæterum prodigia quoq; visa sunt, que monuerunt regem, vt desisteret ab incepto propter futurum infortunium. Etenim equa in exercitu leporem peperit, quo fuga significata est. Apparuit & Cometa Ceratias dictus, q; instar cornu incuruatur. Erat & Eclipsis Solis. Quemadmodū enim historix testantur, non sine subsequenti incōmodo aliquo huiusmodi signa conspiciuntur, nimirū per que iram suā minatur Deus, ideoc; contemni non debent, sed incitamento nobis potius esse, vt timeamus Deum, nam videre hic licebit, quantæ mutationes rerum publicarum, & omniū statuum orbis postea sint subsequutæ.

*N.*

Xerxes primum terrestri prælio adoriri voluit Græcos. Est autem Græcorū regio circūquaque clausa, & ad quam aditus non patet nisi per mare, aut per montis angustias quasdam, ad quas seruidas ab ingressu hostium destinata sunt aliquot millia Græcorum, quorū maxima pars fugit ilico, volentibus iam transire Persis, solum remanserunt quadringenti Lacedæmonij, qui magna virtute ad resistendum hostibus vsi sunt, & quantū numero longe pauciores, & viribus infirmiores essent, q; vt repellere possent tantam vim hostiū, tamen eam fortitudinē in pugnando declararunt, q; citius viginti millia Persarum ab ipsis strata sunt. Nam opportunitate loci in angustiis montis freti, ab incurso & oppressione multitudinis hostiū tuti erant, neq; per insidias circumdari potuerunt.

R

Inte

## DE SECVN. MONARCHIA

Interierunt in hoc conflictu duo fratres Xerxis, sed vna quoque cum rege suo Leonida quadringenti Lacedæmonij illi extincti sunt. Laudatur hoc factum in primis ob magnanimitatē & fortitudinem pro tuenda patria, q̄ numero tā exigui tantę se multitudini opponere non sunt veriti. Et quanq̄ victoria potiti non sint, tamen vehementer hoc conflictu hostium vires debilitatę sunt, & audacia imminuta.

Superioribus in hac pugna Persis, mirū quanto tota Græcia terrore percussa sit, & in ea parte Græcię pleraq; statim vrbes Xerxi se vltro dediderunt. Quin & apud Atheniēses Cyrillus quidam, siue vt Herodotus ait, Lycidas, consuluit vt & Athenienses se darent sub potestatem Xerxis: nam nullo modo sufficere se ad resistendum potētissimo hosti. Themistocles contra suasis, patrię libertatē tuendam esse. Nam si Persis in Græcia dominari contingat, periclitari omnem honestatem morum, ius, & omnes bonas virtutes perituras esse. Persas acturos esse pro omni animi libidine in vxores & liberos eorum, quemadmodum iam cōstaret fecisse eos in illos, quos subiectos suo imperio nunc haberent, proinde honestius esse in libertate mori, q̄ vltro tales dominos admittere.

Receptum ab omnibus vno consensu hoc cōsilium Themistoclis est, vt fortiter defenderent se contra hostes. Cyrillo ob pessimum consilium inuensi Athenienses lapidibus eum obrui iusserunt, & similiter vxorem eius fœminę lapidarunt, q̄ maritus eius huiusmodi consilium proposuisset, quod si fuissent sequuti, oēs liberos suos in turpitudine adduxissent. Commendatur hoc factum virtutis, & exemplum memorabile est, mori eos maluisse pro libertate patrię, ne dederent se nationi exterę ad statum vrbis suę & omnem politiam

&

*N  
p̄tore  
honestate  
infonate  
nuere.*

& honestatem euertendam.

Atheniēsis Delphis Apollinis oraculum cōsulentibus, responsum erat: Athenienses victoriā lignēis muris habituros esse, quod Themistocles de nauium p̄sidio interpretatus est, hortatusque vt relicta vrbe in naues, vxores & liberōs suos ducerent: nām viribus & tantę multitudini Persarum, urbem non posse tandem resistere: tū quoq; in mari non admodum instructōs Persas esse. Probatum cōsiliū hoc est, & imitatę id sunt reliquę vrbes Sparta & Corinthus, quę instructa classe angustias maris circa Salaminam insulam occuparunt, ne circumueniri ā multitudine nauium, quas habuit Xerxes, possent.

*Oracula et in p̄sidiis*

Quum audisset Xerxes classem ā Gręcis adornatam, intellexissetq; magnum sibi periculum instare, si m̄ari Gręci libere vterentur, et data oportunitate in regnum irrumperēt, consultū est Xerxi, vt contra nauali p̄lio laceraret Gręcos, id factum est: Verum victoribus Gręcis maxima Persarum pars fusa est, & plurimę naues sunt submersę. Hęc victoria animum vniuersę Gręcię reddidit, & debilitauit Xerxem. In pugna rex ipse non adfuit, sed cum paucis nauibus in littore remanēs, conflictus spectator tantum fuit. Gloria pugnę ab omnibus Gręcis Themistocli delata est, propterea quod eius consilio parta victoria, tota Gręcia seruata sit.

Inter alias multas technas, quibus in hoc bello vsus est Themistocles, astutum hoc consiliū recensendum duxi. Post pugnā, quum percutus aīo Xerxes esset, cogitauit Themistocles facile adduci posse regem, vt relicta Gręcia prorsus in Persiā reuerteretur cum reliquo suo exercitu. Itaque supplicem se simulans, tanquam gratię ineundę causā apud Xerxem, per nuntium indicari et

## DE SECVN. MONARCHIA

subet, Græcos consilium agitare interrumpendū pontis, quem per mare antea fecerat: proinde, nisi velit grauiori se periculo obiiicere, ilico è Græcia fugiendum, priusq̃ transeundi occasio intercluderetur. Ille audito hoc nuntio, fugę se statim parat. Ceterum vbi iam fugiēs offendisset pontem dissipatum vi tempestatis, nauicula traiecit, extremo etiā discrimine vitę, propter concitatū vehementia fluctuum mare. Inuertit hoc modo Deus ludū aleam, vltusq; superbiā est: & propositū hic habet exemplum magni principes, vnde discere debēt, non fidendum esse priuata potentia, sed in timore Dei & fiducia ad Deum maximas quasq; causas suscipiendas esse. Ridicūlum hunc finē habuit terrorem oībus incutiens illa expeditio, quam tanta potentia & multitudine instructā induxerat Xerxes in Græciā, non aliter atq; nostris temporibus summa ignominia Viennā urbē relinquere Turca coactus est, qui cum exercitu ducentorum milium hominum venerat in Germaniam.

Ceterum decedens Xerxes reliquit in Græciā Mardonium ducē, cum tercentū millibus militū, idq; hac de causa, q̃ Mardonij consilio adductus rex contra sententiam & voluntatem reliquorum principum in Græciā concesserat. Et quia non responderat euentus pollicitationibus Mardonij, propterea metuens sibi, ne domum fortasse reuersus capite truncaretur, ob infelicē exitum suscepti belli: optauit se cum hoc exercitu militū relinquit in Græcia, ad tentandum omnem casum fortunę, an forte per occasionem res Græcorum debilitare posset. Permisit itaque rex Xerxes hanc re ipsius fortunę.

Primum cœpit Mardonius amice pertentare Græcos, vt tolerabilibus conditionibus pacis propositis vltro se dederent. Verum ob euentū victorię



rix animosiores Græci detrectabant prorsus omne dominiū Persarum, & repudiato cœdere posu- labant, vt vi & pugnando se tueretur. Tum diri- puit atq; exussit Mardonius vrbe[m] Atheniensiu[m], & Thebas vsque progressus est, nã ad Persas dese- cerant Thebani. Instructo tum iterū terrestri ex- ercitu centum millium virorū Athenienses & La- cedæmonij aliquoties cum Mardonio pugnando congressi sunt, tandem cōmeatus inopia coactus Mardonius finē fecit. Erat apud Persas Macedo- niæ rex Alexander, cuius supra mentionē fecimus, hic sub vesperū indicauit Græcis, vt ad subsequen- tem diē armarent se, nam constanter statuisse Mar- donium extrema vi pugnam committere, idq; fa- ctum est, sed superati Persæ succubuerunt, trucidato etiam Mardonio, id quod reliqui consultores Xerxis regis prædixerant ei ante susceptum bellū. Ceterā hic exitus fuit tantę expeditiouis, & finis- to hoc bello, Græcię ciuitates potentia & ampli- tudine imperij augeri cœperunt, subiectis multis insulis Persarum, quas suo regno adiecerunt. Por- ro potentiores facti Græci insolentiores etiã esse cœperunt, & prædominandi libidine etiã ab inte- stinis seditionibus & bellis non abstinerunt, & mutuis cladibus victi, compulsi tandem sunt exte- ris se principibus dedere, deleto omni statu suę re- ipublicę, & virtutibus quibus antea florebant, sed de his paulo post dicemus non nihil.

Operepretium in primis est, Themistoclis ex- emplum nouisse, qui quū is esset, cuius consilio et fortitudine tota Græciã seruaretur, quo nomie & summæ eius laudes præ reliquis oibus ducibus, quos clarissimos habuit Græciã, referuntur, tamen malam gratiã à suis ciuibus assequutus est. Nã vr- be expulerunt eum. Hanc gratiam habet multitu- do pro summis virtutibus, imò & Satan ipse des-

## DE SECVN. MONARCHIA

mentat homines, vt tam sublimia dona dei nō agnoscant. Proinde optimos & excellentes viros tolerantia in primis p̄ditos esse oportet, siquidē fieri non potest, quin molestias & omnē ingratitudinem experiantur in hoc vitę statu. Confugit Themistocles postea ad Artaxerxem, apud quem summo est in honore habitus, similis per oīa summis eius principibus & consuletoribus regnī. Dixisse quoq; ferunt Artaxerxeni, nō posse malum aliquod grauius optare se suis hostibus, nisi vt hac dementia excacati, huiusmodi sapientes viros a se alienarent.

De Artaxerxe Longimano.

**X**Erxe defuncto filius eius Artaxerxes regnavit, huius dextra manus sinistra longior fuit, vnde factum illi cognomentū Longimani est. In primis laudatur hic rex ob singularem prudentiā & mansuetudinē morū, & pacis studium, propterea huius historiā hic non recenseo longius, vt tandem ad Iudaicas res reuertamur, ne ignoremus q̄s interea status in Ecclesia & spiritali regno fuerit

De Zorobabel principe Iuda.

**S**Vpra indicauimus, in Bibliis sacris nominari quendam ex Persarum regibus Assuerum, hic vero fuit Darius Hystaspis, & vt ego opinor, hic Darius Assuerus est, qui Hester reginam habuit.

Herodotus etiam Aristonæ mentionē facit, quā habuit Darius p̄ter Arossam reginā: & testatur Aristonam illam valde amatam fuisse a Dario.

Et hanc apparet Hester fuisse. Philo etiā scribit, historiam Iudith sub tēpora huius Darij regis contigisse: & Arphaxat, cuius historia Iudith mentionem facit, imperatorē Assyriorū fuisse, postquā a Cyro victo iā a Scythis defecerant. Hanc sententiam Philonis nō improbo: verū vt ego quidem arbitror, iam antea fuit impleta historia Iudith,

prius

*apud e  
pari hist  
aspit*

priusq̄ in Babylonem trāsatus est Iuda: atq; adeo iam ante Perfarū Monarchiā. Nam Arbaces Medorū rex iam ante Perfarū Monarchiā fuit: & Niniue deleta est tēpore regni Perfarū, et occupātib. Monarchiā Persis, neq; Niniue neq; Medi suum regē habuerunt, ceterum permitto hic cuiq; suam tueri sententiam.

Post Dariū Hystaspis ponit Philo Longimanum, prætermisso Xerxe rege, sed haud dubie nō alia de causa, q̄ que supra indicata est, q̄ profecto in Græciā Xerxe, Longimanus interea regnū administravit in Oriente. Et hic ille Darius Longimanus est, qui iterū Iudeis donavit libertatē templi extruendi. Quanquā enim à Cyro permissum erat Iudeis redire Ierusalem, ad occupandā terram & ad regnū & cultū dei instituendum, tamē interea temporis post mortē Cyri per finitimos impeditum est, quo minus ædificatio succederet, iam inde vsq; ad secundum annū Artaxerxis Longimanī, quā Philo Dariū Longimanū vocat. Is secundo sui imperij anno publico edicto præcepit, vt Ierusalem & templum repararetur. Hęc occasio erat, qua restitutus suę libertati Iudaicus populus, regni administrationē, cultum dei de integro rursus instituit, & templum & vrbes edificauit de nouo. Et quanq̄ suos hæctenus reges non habuit Iuda, tamen principibus interim ex posteritate Dauidis vsus est, vsq; ad ea tempora, quibus Machabæi regnare cœperunt. Primū Zorobabel imperauit, cuius posterī quā fortunam habuerint, et quo pacto tandem à posteritate Dauidis totū regnum translātū sit, dicemus postea. Nam ita s̄ prophetis prædictum erat, vt sub id tempus nasceretur Christus ex sanguine Dauidis, quo iam antea alienatū regnū Iudaicū exteri principes sibi vsurparent.

## DE SECVN. MONARCHIA

Septuaginta Hebdomadatum supputatio ex Daniele.

**R**euelatum est diuinitus Danieli de aduentu Christi, deq; diurnitate populi Iudaici. Exat in hac prophetia preclarum in primis testimonium, ad confirmandam certitudinem fidei nostre aduersus Iudæos, qui cõtendunt nondum venisse Christum, & alium quendam Melliã adhuc venturum expectant.

Porro temporis præfiniti à Daniele facilis ratio est, & in primis iucundum est ex ea cognoscere, sub id tempus certo venisse Christum, quod præscripsit Daniel. Nam etsi varie supputent alij, tamen si ab ordine historiarum non recedas, nulla insignis dissensio reperietur, propter quam possis dubitare. Etenim ad exactissimam temporis supputationem opus esset, eas que contigerunt Eclipses repetere ex Ptolemæo, & ex illis singulos annos ordine colligere, verum esset is non vnus hominis labor. Et aduigilarent merito in his rebus Episcopi collatis sumptibus, vt tam insigniū prophetiarum intellectus clare in ecclesia extaret. Equidem hoc loco ex potioribus historiis annorum numerum decerpam, & eorum rationem quæ maxime perspicuam reddere conabor.

Daniel ait: Septuaginta hebdomadæ conclusæ sunt super populum istum, & præcipue iuxta mandatum de reedificanda Ierusalem, erunt sexaginta nouem septimanæ vsque ad regnum Christi, & tum Christus interficietur.

Principio cognoscendum est annuas hebdomadas hic significari, vt vnaqueque hebdomada septem annos constituat, id quod facile probari potest. Proinde efficiunt septuaginta hebdomadæ annos quadringentos nonaginta.

Secundo ait Daniel: Christus interficietur post

69. hebdomadas, sed ita, vt dimidiata septimana doceat, & postea occidatur. Signate quidem & tempus & officium Christi expressum est hoc modo.

Tertio, Sexaginta nouem hebdomadæ supputari debēt ab anno secundo Longimani, nam tum misit deus Zachariam & Aggeum prophetas, vt consolarentur & certo confirmarent populum, de reparanda Ierosolyma in posterum sine aliquo impedimēto. Et de hac reuelatione et hoc verbo dei, sermo angeli intelligendus est, quandoquidē tum certa promissio contigit populo, de successu reparationis templi Iudaici.

Præterea eodem etiā hoc anno præceperat Longimanus publico edicto, ne impedirētur Iudæi ab instituto opere ædificandę vrbs & templi, quemadmodum antea factum erat. Sed hæc omnia in Esdra leges.

Atqui vero ad hanc ipsam dilationem temporis in reparando tēplo Ioannes respexit cap. 2. quadraginta sex annos in extruendo templo absumptos esse, nam is annorum numerus est, à secundo Cyri anno vsq; ad sextum Longimani annū, quo absolutum est templi opus.

Iam vero colligitur ex Machabeorum libro, et ex Iosepho, ab initio Alexandri post vltimi Darij obitum, vsq; ad natum Christum fuisse annos trecentos & decem.

A nato Christo vsque ad eius baptismum anni triginta.

Summa ab initio Alexātri vsq; ad baptismum Christi anni 340.

His adde illud tempus à secundo anno Longimani, vsq; ad Alexandrum post vltimi Darij mortem, & erunt, vt Metasthenes numerat, anni 145.

Summa à secundo Longimani anno vsq; ad baptismum Christi, 485, anni.

## DE SECVNDA MONARCHIA

Itaq; .69. hebdomadę annuę cōstituit recte annos. 481. Vnde cognoscis baptisato Christo sexagintanouem hebdomadas annuas expletas fuisse, & in hebdomada sequenti docuit Christus, & in eadem dimidiata hebdomada interfectus est: nam anno quarto post acceptū baptismum crucifixus est Christus, Porro sequenti hac septimana addita ad .69. erunt hebdomadę septuaginta: atque hęc ratio est temporis præfiniti à Daniele. Nā post mortem Christi Iudæi non sunt amplius populus dei, et templum eorū postea fuit abominatio, id quod clare testatus est Daniel.

Præter hęc sunt in hac prophetia alię præclare doctrinæ, & consolationes afflictarum mentium, de officio & regno Christi, q̄ prædicaturus venerit remissionē peccatorum: sed hęc omnia explicare hic non vacat, neq; est huius instituti.

Ego sanē quanta potui diligētia inquisui rationem. 70. hebdomadarum Danielis, neque reperio, quod magnopere possit dissidere, si historiarū præscriptum sequaris. Nam etsi Metasthenem nolis imitari, tamen Græcorum ratiocinatio rectissime quadrat. Etenim iuxta numerum Græcorum, inter Alexandri obitum & Augusti initium anni sunt ducenti octoginta, id quod fortissimis argumentis probare possum. Iam si Persarū annos sumas, post secundum Longimani annum apud Græcos idem quoq; reperies.

Post Alexandrum vsq; ad natum Christū. 322.

Post natū Christum vsq; ad baptismū eius. 30.

Adde Persarum numerum à secūdo anno Longimani. 13. apud Græcos.

Summa. 484. Adeo ad amissim concordant Græcorum historia cum eo tempore, quod in Iosepho & Philone reperitur, vt aperte deprehendere possis à Daniele tēpus, de aduentu Christi aptis

ime præfinitum esse. Equidem non dubito, testaturos mihi eruditos & prudentes viros, vtrunque hanc supputationem quam posuimus, testimoniis historiarum optime posse comprobari. Et nisi longum esset, alias quoque plures supputationes adducere possem, quæ quum his item consentirent, vt dubium non sit Danielem tempus aduentus Christi rectissime attigisse. Quin & consolationis non paruum vim habet, etiam si temporis ratio ad singula minuta minus quadret, vt certo discamus tempus prædictum à Daniele iam diu præterisse. Itaque palam in errore sunt Iudæi, vtpote qui nullis rationibus probare possunt, tempus illud nondum esse elapsum, siue hebdomadas de diebus, siue annis volent intelligere, Sed de his satis.

Tabula annorum mundi, quæ indicat tempus præscriptum à Daniele.

1656.	vscq; ad diluuium.
292.	ad natum Abraam,
425.	ad Mosen natum,
80.	ad egressionem ex Ægypto.
480.	ad extructum templum Salomonis,
38	ad regem Ioas.
291	ad Ieconie translationem in Babyl.
11	ad deuastationem Ierusal. per Nabuch,
70;	captiuitas Babylonica.
191.	Perfarum Monarch. post capt. Babyl.
7.	Alexander post Darium.
146.	Græcorum regnum vscq; ad Iudam Machabæum.
127.	Machabæorum regnum apud Iosephum.
30.	Herodes: in. 30. anno Herodis natus est Christus.
1532.	à nato CHRISTO Domino et seruato re nostro.

Ex hac tabula facile colligitur annorum ratio in Da

## DE SECVNDA MONARCHIA

in Daniele. Apud Græcos tempus post obitum Alexandri sic reperio.

214. Olympiade obiit Alexander.

284. Olympiade Augusti imperiū cœpit post Iulij mortem.

Anno Augusti. 42. Christus natus est.

Constituunt hæc post mortuum Alexandrum circiter. 320. annos.

Numerus hic non ita multum dissentit ab aliis supra positis, & à peritis facile potest concordari.

De Esdra.

**I**Nteriecto aliquo tempore post euulgatū editum, dimisit Artaxerxes Esdrā sacerdotem ex aula sua redire Ierosolymam. Et merito huius faciendæ mentio est in historiis: nam sacrę scripturæ libros dispersos iam in ordinem redegit, & collegit iterum. Id enim opus dignū fuit officio veri Episcopi. Nam siue sacris literis sincera religio & verus cultus dei retineri non potest.

Temporibus huius Artaxerxis Longimani ingens illud bellum Pelopōnesiacum, quod inter se gesserunt Græci, exortum est, in quo funditus tandem vrbs Atheniensis eversa est. Duravit hoc bellum ferè vsq; ad finem Persicę Monarchiæ, ideoq; Perfarū reges, qui reliqui adhuc sunt, breuiter suo ordine recensebo prius.

De Dario Notho.

**D**Arius Nothus regnavit post Longimanū, neq; vero Lōgimani filius fuit, sed eius sororem cōiugem habuit. Duos filios habuit, Artaxerxem, quem Mnemona vocāt, & Cyrum natum in Ionis. Artaxerxes in imperio patri successit, Cyrus in Ionia potentissimus factus est.

De Artaxerxe Mnemone.

**M**ORTUO Dario vsurpare cœpit sibi regnū Cyrus; nam præterquam q̄ in potentissimo du-

causa



catu dominabatur iam, etiam ad res omnes geren-  
das habilis erat, & bello imprimis delectabatur,  
ideoq; magna vi armabat se contra fratrem suum:  
Ad hec matrem sibi magis obnoxia habuit, q̄ fra-  
ter Artaxerxes, qui ingenio modesto & humano  
erat. Cæterum iniquum hoc institutum Cyri non  
fortunauit deus: nam in pugna, qua aduersus fratrem  
congressus erat, occubuit. In pugna hac declarauit  
se Artaxerxes non muliebriter, grauius a Cyro vul-  
neratus est, & in alterum equum desiliit, vt cogno-  
scere posset a deo sibi victoriam expectandam esse.

## De Ocho.

**O**chus filius Artaxerxis humani sanguinis sitis-  
sentissimus fuit: nam preterquam q̄ magnam  
tyrannidem exercuit, etiam proprios fratres intere-  
mit. Urbem Sydoniam condidit, & Ægyptum ad  
Persarum Monarchiam iterum adiecit, sed non diu  
admodum seruauit deditiois fidem. Tandem a suo-  
rum prefecto quodam interemptus est.

## De Arsame.

**A**rsames Ochi filius fuit, hic puer adhuc rex est  
factus a duce exercitus, qui Ochum patrem eius  
interfecerat. Verum vbi iam adolescere cepisset  
Arsames, timens sibi dux exercitus ob perpetratum  
scelus, & hunc Arsamen per insidias interemit. Po-  
stea foedere inito cum Codomano principe Ar-  
menie, cui & regnum tradidit, & Darium appella-  
uit. Quum hoc itaq; Arsame totum genus clarissi-  
mi herois, & regis Cyri extinctum est, et regnum  
Persarum translatum a posteris Cyri ad exterum  
principem deuenit. Neq; vero hoc modo dignum  
commiseratione est, tantam potentiam & hono-  
rem, atq; adeo tam sublimia dona dei intra tam pau-  
cos annos deleri, sed multo magis, q̄ posteris sta-  
tim degeneres facti nulla plane virtute Cyrum pa-  
trem expresserunt, id quod in Ocho apparet, cuius  
tyran

## DE SECVNDA MONARCHIÄ

tyrannica facinora occasionem præbuerunt, vt totum genus Cyri interiret.

De vltimo Dario.

**A** Lienus hic erat à regio genere, sed ab Ocho rege princeps in Armenia cõstitutus fuerat, ob insignem eius virtutem in rebus bellicis, propter quam & ab illis qui occiderant Arsamem in regẽ electus est, ne Ochum, cuius beneficiis dux fuerat creatus, vlcisceretur. Atqui hac occasione & spe delati regni excõcatus, omnium beneficiorũ, quæ acceperat ab Ocho, oblitus est, & regno accepto Darium se appellari voluit, ne quid regię dignitati deesset. Verũ ingritudinis & perfidię insignes pœnas dedit: nam postquam ab Alexandro victus est, omnibus suis regionibus & regno amissis, vitam pariter & totã Monarchiã Persarũ perdidit. Sed copiosus hæc tractabimus in principio tertię Monarchiæ, & quando de Alexandro dicemus.

De bellis ciuitatum Gręcię.

**A** Ntea monuimus Græcos, post profligatos Persas, potẽtiores & insolentiores esse factos, plarunq; enim amplissimos successus superbia & præsumptio solent comitari. Itaq; tempore huius Monarchiæ ingentia & diuturna bella inter se gesserunt, quibus funditus tandem tota Gręcia confecta periit, adeo quòd postea cuius etiam irruptio ni facile patebat. Quin etiam pro honestissima administratione, qua in republica vtebantur, & legibus, turpitudine & corruptissima morum ratio in locum successit. Et quem non multis modis commiseratione adficeret illarũ rerum lectio, quòd tot tantq; incommoditates, tamq; diuturna et impia bella ex causis plane leuissimis exorta sunt: Exempla profecto non admiratione tantum, sed obseruatu inprimis digna, quæ monere homines possunt, ne facile ob quauis leuẽ causam, & non nisi

sumo

Summa necessitate cogēte, bellum suscipiant, quan-  
do quidem inter Græcos ex occasione facili exortū  
bellum nullo modo aut ratione sedari potuit, do-  
nec tandem exteri populi irruentes in Græciam,  
vtrancq; partem oppresserunt.

Porro totum hoc bellum describere huius insti-  
tuti nō est: nam de eo integrā volumina à Thucy-  
dide & Xenophonte descripta extant. Vnum au-  
tem commemorabo præter alia, quē casum Athe-  
niensium vrbs in hoc bello passā sit, et quas calamī-  
tates tulerit, simulatq; in hostium potestatem ve-  
nisset. Et rursus quomodo tandē quorundam bo-  
norum hominum virtutibus, moderatione ac pa-  
tentiā iterum restituta sit. Quēadmodū enim auda-  
cia & insolētia labefecerat vrbs statum, ita patien-  
tia, & mansuetudo morum rursus reparauit eam.

Initium belli alienā plane causam habuit, quā  
vitare facile potuissent Atheniēses. Corinthij Cor-  
cyre hostes erant, quę opem petiit ab Atheniensi-  
bus & impetrauit eo facilius, quod Athenienses, q-  
iam potentes in mari erant, sperabant confœdera-  
tione Corcyrensiū, quorū item magna in mari  
potentia erat, dominos se fore totius Græciæ. Cō-  
tra apud Lacedæmonios subsidiū querebāt Corin-  
thij, atq; hoc modo diuisa Græcia, Lacedæmoni-  
j Persis se adiungunt, à quibus pecunia iuuantur &  
cōmeatu, sed perfidia interim vtuntur Persę, ne ni-  
miū Lacedæmoni-  
j potētia augetur. Et durauit  
hoc bellū, vt Xenophō testat, octo & viginti an-  
nos, à Lōgimani tēporib; vsq; ad Artaxerxē Mne-  
mona, & multæ vrbes in hoc bello misere perie-  
rūt, mirāq; oīno vicissitudinē fortunę in huius bel-  
li exēplis est videre. Nā Alcibiade duce Atheniēsi-  
um, grauiissime cēsi sunt Lacedæmoni-  
j, anno quarte-  
to supra vigesimū, et item. 25. adeo q; nulla reliqua  
spes erat, vt ad pristinū aliquando robur redirent.

Verum

## DE SECVNDA MONARCHIA

Verum sequenti statim anno mutata huius fortunæ alea est. Alcibiade enim ex inuidia improborū pulso ex vrbe, cæsi sunt Athenienses à Lisandro iuxta urbem Egos Potami, vbi initio huius belli mirabile omnino monstrū acciderat. Visus enim erat ingens ignis in aëre spatio dierū septuaginta quinque. Postea grande saxum superne in urbem delapsum est. Post hanc pugnam graui obsidione vrbs Atheniensium cincta est. Plurimi fame cōfecti perierunt, pertinaces tamen in sua sententia, ad deditiōnem inuitati, hac lege vt turres & munimenta vrbs euerterent, pacis conditiones recusarūt, publico etiam decreto facto, vt si quis suaderet ineundum concordie fœdus cū hostibus, is occideretur, quemadmodum nuper ante annos duos apud Florentinos contigit. Porro exactis quinque mensibus, fame coacti Athenienses, legatos in hostium castra miserunt pro pacis conditione impetranda. De qua quum deliberatum esset in cōcilio fœderatorum, constanter suaserunt Corinthij & Thebani, vt funditus Atheniensium ciuitas dirueretur, & ex omniditione eorum publica pascua fierent. Id vero improbabāt Lacedæmonij, in honestum esse rati, omnem illorum beneficiorum memoriā abiicere, quibus iuisset hæc ciuitas totam Græciam aduersus Medos & Persas. Præterea quoque non posse huius vrbs tam præclarum statum euerti sine incredibili pernicie Græcorum omnium. Nam Græciam duobus oculis videre aiebant, quorū alter Sparta alter vero Athenæ essent. Proinde cauendū esse, ne Græcia monocula redderetur. Itaque decretum tandem est, vt seruari Athenis, mœnia & turres modo diruerentur, & certa administratio Atheniensibus præscriberetur, iuxta quam viuerent, pace vtriusque seruata. Dederunt se his legibus Athenienses ultro, & detecti muri sunt magno triumpho,

*de iouin  
de euerterent  
de senice*

*sparta  
et Athenæ  
duo oculi  
videntur*

nam ad fistulæ cantum choreæ etiam ducebantur, nauium quas habuerunt pars exusta, pars quoque abducta est. Acciderunt hæc sub finem anni vigesimi septimi, quo luctuosum hoc bellum durauerat. Interea tanten nihilominus timebant sibi Lacedæmonij ab vno Alcibiade, qui ad Persas cõfugerat, post eiectionem suam ex vrbe. Petierunt itaq; Lacedæmonij à Persis, vt Alcibiadem occiderent, id quod fecerunt Persæ per insidias, quanquam receperant Alcibiadem hospitij iure, et qui in fide Persarum collocauerat omnem spem suam. Verum ita comparatum vulgo inter homines est, quò se fortuna, eodem & hominum fatior solet inclinare.

Cauere enim sibi omnino oportet eum à perfidia etiam amicorum, cui res minus secunde sunt, & cuius iam ob emulationem virtutis tẽdere cœpir homines. Alcibiades hic virtutibus bellicis instructissimus erat, sed animo irrequieto, & qui pacis inuitæ ante multos annos inter Lacedæmonios & Athenienses rumpendæ autor fuerat, eratq; in tota Græcia tot & tam variis technis vsus, quòd vulgo etiam ferebatur: Si duos in Græcia Alcibiades nasci contigisset, totam funditus collabi necesse esse. Ceterum huiusmodi conatus fortunari non possunt, ideoque & hunc demum exitum vitæ sortitus est Alcibiades. Quanquam autem bella ciuitatum finem nunc habuerunt, tamen clades ipsa iam primum cœpit apud Athenienses. Nam quum Athenensium vrbs seditiosis viris plena esset, constituti sunt à Lacedæmonijs viri triginta, quos tyrannos appellabant, quibus commissâ potestas est, vt sine iure & iudicio de seditiosis nebulonibus supplicium sumerēt, & ne quis per tumultum opponere se posset huic potestati, magnū præsidium militum in arce collocatum est.

*Alcibiades  
scidit  
paj supit  
reiglo*

*N.*

## DE SECUNDA MONARCHIA

De restitutione Athenarum post euerſionem.

**S**eueritate hac uſi ſunt Lacedæmoniꝝ ad cohercendos motus publicos, idqꝫ ut facerēt, ſumma eos neceſſitas cogebat. Triginta uiri in neminem primum niſi in ſeditioſos ſua poteſtate uſi ſunt, poſtea quidā inter eos exulcerato veteri odio potentiffimos urbis quoſqꝫ, ſed moderatos & bonos uiros interfecerunt, quemadmodum & noſtris temporibus ſimilia nos exempla cognouimus. Et quū diſpliceret hæc tyrannis vni etiam ex eorum numero, Therameni, uiro ſtrenuo & æquo, eum quoqꝫ, ut reliquis terroris exemplū incuteretur, occidūt, quin etiam interfectorum bona ablata inter ſe ſuis complicibus diſtribuebant. Fugerunt ex urbe ciues optimi quiqꝫ Thebas & Argos, ubi ex commiſeratione tam indignæ calamitatis recepti ſunt, etiam contra mandatum Lacedæmoniorum, quocautum erat, ne quis exules & profugos Athenienſes hoſpicio exciperet. Erat inter exules hos uir ſtrenuus olim in republica Thraſybulus, is adiunctis ſibi reliquis profugis ex patria, & clanculario ſubſidio Thebanorum, caſtellum prope Athenas occupat, & poſtea Athenas profectus prælio commiſſo vincit. xxx. tyrannos, & urbem recipit. Reſtituti ab hoc Thraſybulo ciues profugi ſunt, & quod ad politicam adminiſtrationem, iudicia et leges attinet, renouatus eſt totius rei publicæ ſtatus pro more veteri. Magnam in primis laudem meruit Thraſybulus ob animi moderationem, qꝫ poſt tam inſignem victoriam multis etiam ex hoſtibus parcere maluit, quā pro ſummo iure trucidare eos. Et quum conſideraſſet nullum exercendæ cædiſinem fore, ſi erepta ſingulorū ciuium bona ſuis ueris heredibus eſſent reddēda, nimirum que iam ad tertium vel quartum poſſeſſorem deuenerāt, hoc omnes inter ſe foedere adſtrinxit, ne quis poſtea uilius

## LIBER SECVNDVS 30

Ius vindictę, vel iniurię illatę recordari vellet, sua cuiq; tenēda esse, et pace publica seruata, sua quęq; sorte contentū esse debere. Ea demū moderatione tranquillitas reip. reparata est, estq; insigne hoc exemplum, beneuolentia & ignoscēdo stabiliorem concordia in huiusmodi perturbatione ciuili fieri, quā manifesta vi et pro summo iure agēdo omnia.

Postea hoc succēssu rerum & Lacedęmonij elatiores facti sunt: nam Persas quoq; a quibus adiuti antea erant, ex Asia pellere volebant. Verum Persę ducem sui exercitus tum cōstituerunt Cononē, qui ab Atheniensibus in tumultu ciuico profugerat, ab hoc cęsi sunt Lacedęmonij. Indigne ferentes Lacedęmonij suum casum, omnem culpam in Thebanos transferebant, quod exules Athenienses hospitio excepissent, ideoq; in regiones eorum irruerunt, vnde noui belli occasio nata est, in quo victi Lacedęmonij plane perierunt, & Thebanorum potentia aucta est.

Finito hoc bello cęperunt Thebani aliud bellum aduersus Phocęses, qui profus extincti sunt, & superstitēs relicti in exiliū ire coacti sunt. Tandem Philippus Macedonię rex fudit & domuit Thebanos: atq; ita primum Athenę, deinde Sparta, postea Thebę deletę sunt, & omnis potentia Gręcorū labefactata est. Porro vero quū initas pacis condiciones cum Philippo rege non seruarent Athenienses & Thebani, coactus Philippus est ad occupandā totam Gręciā inuadere. Hęc breuiter de luctuosis bellis Gręcię dixisse satis sit, quę gesta sunt post Xerxem annos centum & triginta, intra quos ferē parum temporis paci datū est. Fusiſsime descripta hęc bella sunt a Thucydide & Xenophonte, & aliis plerisque. Nos itaq; satis esse putauimus, si Atheniensium exemplū, quod vel precipuum in ea historia est, cognoscēdū proponeremus.

## DE SECVNDA MONARCHIA

De Philosophis.

**I**Nterea temporis dum hæc gesta sunt, bonæ ar-  
tes etiam floruerunt. Hippocrates medicus vixit  
à Longimani temporibus vsq; ad Ochum quatuor  
& cētum annos. Et præterquam q̄ magnificet  
eum tota Græcia, summo quoq; in pretio habitus  
est à Macedonię regibus, apud quos bonam etiam  
suę ætatis partem cōsumpsit. Soranus scribit ad re-  
gem Perdicam accersitum Hippocratē, q̄ p̄hisi la-  
borare regem multi opinabantur, & ope aliorum  
medicorum iam destitutus erat. Ceterum vbi ve-  
nisset Hippocrates, animaduertit Perdicam nō de-  
bilitate virium corporis, sed amore & intrinseco  
animi dolore contabescere. Nam ancillam patris  
sui misere deperibat, & quoties videbat eam, &  
mens & color pariter mutabantur in rege. De-  
prehendit hoc modo Hippocrates causam morbi,  
eiusq; pellendi remedium dabit. Ad hæc tempore  
quo pestis grassabatur, ingentem sylvam exuri ius-  
sit contra aërem infectum, vnde pestis cōtagio ser-  
pebat, & seruauit hoc pacto à peste totam Thessa-  
liam incolumem. Quin & miraculis naturalib. cla-  
rus fuit. Supra sepulchrū eius multo tempore apes  
fuerunt, quarum melle curabantur pueri ægroti, si  
eo fuissent inuncti.

*contra  
grossem*

*miraculi  
naturæ*

Sub Artaxerxis Mnemonis tempora Socrates  
fuit, qui ex inuidia aduersariorum in carcere neca-  
tus est. Insimulabatur, quòd noui dogmatis in vr-  
be autor esset. Sed ita prospiciente Deo, non mul-  
to post dignas pœnas aduersarij dederunt, nam &  
illi vicissim occisi sunt.

Plato. Aristoteles.

**P**ost hos fuerunt Plato, & Eudoxus astrologię  
peritissimus, qui & hanc artem ex Ægypto in  
Græciam attulit. Post hunc Aristoteles fuit, hōsce  
ego primas inter philosophos tenere arbitror, &

ex his



## LIBER SECVNDVS

52

ex his etiam, mea quidem sententia, præcipui sunt Eudoxus et Aristoteles, nimirum qui non verborum aut orationis inanis splendoris, sed rerum ipsarum studiosi extiterunt. Etenim in huiusmodi doctæ genere tractando versati sunt, quod utilissimum imprimis est, partim ad rerum naturalium virtutes cognoscendas, partim etiam ad discendum, qua ratione honeste vivere oporteat. Est autem iucundissimum omnino perspicere, quomodo in nostra ipsorum natura omnis generis virtutes proposuerit nobis deus. Natus erat Aristoteles non ex infimæ conditionis hominibus. Patrem habuit Nicomachum, virum magnæ admodum autoritatis apud Amyntam Macedoniæ regem, nam medicus eius extitit. Originem habuit ex Hippocratis genere, atque ea de causa postea Aristoteles apud regem Philippum Amyntæ filium ea fuit in admiratione, quod filium suum Alexandrum in eius disciplinam tradidit erudiendum, & institutus est ab Aristotele ad philosophiæ studia, ut ad dicendum & consultandum prudencior efficeretur. Hactenus satis de Græcorum rebus, quæ sub huius Monarchiæ temporibus acciderunt.

*præcipui  
otelij:  
sicut videtur*

## DE ROMA.

**E**xpulsis ex urbe regibus, mutatus reipublice status est, imperium penes Senatum esse coepit, & quotannis consules duo simul designati sunt, quorum autoritas in eo magistratu athena tantum fuit.

Mutatio hæc reipublice contigit temporibus Cyri primi Monarche Persarum, anno post creatum mundum ter millesimo quadringentesimo quinquagesimo, & post deuictam à Cyro Babylonem, anno septimo.

Atqui vero præter magna & innumera negotia alia quæ acciderunt Romæ, etiam horrendæ seditiones & mutationes in republica factæ sunt, in quibus

## DE SECVN. MONARCHIA

bus exempla proponuntur, magnas vrbes atque respublicas sine magnis motibus raro constare. Ceterū ea forma, vt summa potestas penes duos Cōsules esset, semper durauit ad Iulij vsq; tēpora, qui Monarchiam sibi vsurpauit. Interuenerunt autem inter initium cōcepti cōsulatus, & Iulij dominium anni quadringenti sexagintaquinq;.

Longum omnino est historias Romanorū hic referre, tantum indicare volo duorum insignium euentuum tempus, qui Romæ huius Monarchiæ temporibus contigerunt.

Anno trecentesimo secundo post conditam urbem Romanam, hoc est, nō diu post bellum Xerxis, sub ipsum initium regni Longimani, contra uersę & dissidia exorta sunt apud Romanos, nam quū certo quodam iure, & legibus nondum uterentur Romani, præter meritū sepe opprimebantur homines in iudicio, et extra iudiciū, quid enim iuris esset, nemo ferē intelligebat certo. Et quum hoc nomine tumultuaretur multitudo, statutū est, vt certum quoddam ius cōscriberetur. Mirum est quantum momenti habeant leges scriptę ad publicam pacem & concordiam seruandā in rebus publicis, id quod clare testatur hoc exemplum. Delecti ad hoc decemuiri sunt, qui missi in Gręciam mores & iura maximarum urbium cognoscebant, & vsi sunt ad colligendas meliores leges Hermodori Ephesini & aliorum philosophorum consilio. Cōscriptę duodecim tabulę sunt, quę pro curia Romę publice suspendebantur. Hęc origo est scripti iuris Romanorū, q̄ a Græcis primū mutuati sunt.

Dominabātur decemuiri annis tribus, nam necesse erat, vt quotidie leges declararentur. Ceterū inter decemuiros abusus sua potestate Appius est, qui Virginij ciuis filiam appellari iussit tanquam alterius mancipium, vt hoc prætextu iuris eam ad

se pele

*origo legum  
12 tabulę  
22m*

LIBER SECVNDVS

se pelliceret, & stupraret, q̄ ubi animaduertisset pater, vidissetq; ob potētiam Appij filiam libera-  
ri non posse, occidit eam ipse in iudicio, ne tanto  
probro domus eius contaminaretur, postea colle-  
ctis militaribus copiis subsidium parauit aduersus  
Appium tyrannum. Tum depositis suo officio de-  
cemuiris, nouus magistratus constitutus est. Appi-  
us captus, & in carcerem coniectus seipsum intere-  
mit. Testatur hoc exemplum tyrannidem & inius-  
titiam inultam non manere.

*hauria  
punita*

Anno à condita vrbe trecentesimo sexagesimo  
irrupit in Italiam exercitus ex Gallis et Germanis  
collectus, à quo exusta Roma est. Camillus autē,  
quem antea ex vrbe eiecerat populus, boni viri of-  
ficio functus est, nam omni prorsus dissimulata in-  
iuria, quam præter meritū passus erat, collectis ex  
ipsa vicinia copiis inopinato oppressit Gallos &  
Germanos in vrbe, seruata ab obsidione arce, & ci-  
uibus omnibus qui reliqui erant. Cladem hanc pas-  
sa est vrbs temporibus Artaxerxis Mnemonis, &  
sub idem ferè tempus à Lacedæmonijs Atheng ca-  
ptæ & deuastatę sunt.

*Roma  
exusta  
a Galley  
et Germanis*

In hac historia primum omnium mentio fit Ger-  
manorum, & fuit hoc non omnino quadringentis  
integris annis ante natum Christum. Porro ab his  
Germanis Mediolanū, & alia plaræq; vrbes tum  
in Italia condite sunt.

DE TERTIA  
Monarchia.



Anno post creatum mundum, 3634.  
quum Persarum regnū durasset an-  
nis centū vno & nonaginta, hoc est  
annis trecētis & .20. ante natū Chri-  
stū cœpit tertia Monarchia, quā Gre-  
corū Monarchiā appellamus, estq; nunc dominū

## DE TERTIA MONARCHIA

orbis ex Orientalibus oris in occidentem, & ex Asia in Europam translatum. Et cœpit ab eo tempore deficere Asia sensim magis ac magis, non in his solum quæ ad imperij potentiam pertinēt, sed etiam quod ad modestiā morum, virtutes, gubernationem reip. & omnes bonas dotes attinet, idq; ad Romanorum vsq; tempora, quibus irruentes in Asiam barbari prorsus depopulari sunt eā, adeo q̄ ea pars orbis, quæ amœnitare situs, sapientia & probitate hominum, ac potētia imperiorum præstantissima erat, nūc propemodū tota in turpitudinis sentinā & latrocinij speluncā verā sit. Et rursus summa illa dona dei in Occidēte modo sunt, quū mundus ad cōsummationē sui paulatim declinat.

Initium hæc Monarchia habet ab Alexandro Macedonum rege, quem merito nos magnum appellamus. Nā non modo imperij potētia, sed omnibus aliis heroicis virtutibus ita claruit, vt paucissimos admodum in orbe secundos ei fuisse principes dixeris. Commendatur in prophetis Ieremia & Daniele, vt qui acerrimus & fœlicissimus imperator fuerit. Daniel hircum depingit, à quo visus aries prostermitur: & ipse exponit clare hircū Gregorum regem esse, & regem Persarū arietem. Porro virtutes & præclare victoriæ, quibus exornatus à deo fuit Alexander, occasionē præbuerunt quibusdā multas & valde ineptas fabulas de eius generatione confingēdi, sed illas ego prætermitto. Ceterū certum hoc est, magnos & fœlices principes à deo regi & seruari, & eos à deo tantū virtutibus illis & donis exornari, vult etiam deus conseruari imperiorū maiestatem apud eos, q̄ maiorū splendore & generis claritate nobiles sunt, atq; ita natum cōstat Alexandrū Macedonię regē. Patrē Philippum & matrē Olympiadē habuit. Et ea nocte qua cōceptus est Alexander, serunt visum esse per quies

LIBER SECVNDVS

53

quietem Philippo, q̄ reginę Olympiadis vtero sigillum impressisset, cui leonis effigies insculpta erat. Significari autem hoc somnio interpretabantur, Olympiadem reginam grauidam ẽ Philippo potentissimum regem parituram esse. Porro fuerunt vterque & Philippus & Olympias ex summo & nobilissimo illius temporis in tota Gręcia genere nati. Philippus enim, si verissimis historiarum monumentis credendum est, ex Hercule ortum ducit, Olympias vero ab Achille. Hi maiores sunt, ex quorum illustrissimo stemmate clarissimus heros Alexander nascitur.

Paternum genus Alexandri.

Hercules,	Et natus est Alexander Magnus circiter annos. 800. post Troianorum bellum.
Hyllus.	
Cleodæus.	
Aristomachus,	
Temenus,	
Perdicas,	Primus hic Macedoniae rex fuit, cuius originem Herodotus descripsit.
Argæus,	
Philippus.	
Aëropus,	
Alcetas.	
Amyntas,	Alexander.
Amyntas.	Philippus.
Alexander Magnus.	

Genus Olympiadis matris Alexandri.

Achilles,	Pyrrhus.
Molossus rex Epyri, & Piëlus, vterque ex Andromache natus,	
Ex Piëlo ducit Pausanias in Atticis reliquos sequentes reges Epyri.	
Tarymbas,	Alcetas.
Neoptolemus & Arymbas.	

Olympias Neoptolemi filia, mater Alexandri.

Hęc Alexandri genealogia est ex certissimis historiis

## DE TERTIA MONARCHIA

riis collecta, quæ testatur originem Alexandri ex summorum hominum posteritate extitisse.

Interfecto autem Philippo, propterea quod flagitiosum facinus potētis cuiusdam viri, qui ingenuum puerum quendam turpiter vitiauerat, inultum permiserat, statim & Illyrii & Græci à Macedonibus defecerunt, versabaturque in summa necessitate regnum Macedonicum. Nam occiso patre Philippo, natus erat Alexander annos tantum viginti, erat hoc in initio numeri Græcorum, Olympiadis centesime & undecime. Ceterum Alexander suscepta administratione imperii primum subegit iterum Illyrios, deinde Thebas profectus est. Nam Thebani presidium militum, quod in arce eorum collocauerat Philippus, obsidebant, inito etiam foedere cum Persis qui regnum Macedonicum inuadebant. Interea temporis, dum obsidet Thebas Alexander, legatos ad eum mittunt Athenienses pacis impetrandæ causâ. Benigne recepit hos Alexander, pertinaces interim Thebani neque veniam precabantur, neque pacis condiciones posebant, & quum ante oppugnationem proclamatum esset ex iussu Alexandri, quod quicumque sese ultro dedere vellent ex Thebanis, & vrbe iam exire, eorum vitam saluam fore, contra proclamari iusserunt Thebani, quod qui Græcorum libertatem cum ipsis & Persarum rege seruatam velent, contra tyrannum Alexandrum, hi ad ipsos concederent. Exacerbato hac contumelia animo Alexandri, oppugnatur vrbs, & tota diripitur, ac postea restituta non est. Prima hæc magna vrbs est, quam domuit Alexander. Plerumque enim contingere videmus à Deo potentes Monarchas in perniciem maximarum urbium.

Porro ubi pacem iam in Græcia fecisset Alexander, profectus in Asiam est, cum exercitu pedum  
tum

tum quadraginta millium, equitū vero millium  
 tantum quatuor. præterea exiguę copię in Asia re-  
 liquę erant, missę iam antea à patre eius. Parua  
 hac manu Persas aggreditur, & maximas pugnas  
 cōmittit, multasq; potentes vrbes vi occupat, in-  
 ter quas Sardis, Miletus & Tyrus erant, in quarū  
 expugnatōe maxīma sæpe pericula sustinuit Ale-  
 xander. Victum etiam in pugna Dariū regē in fu-  
 gam conuertit, & matrē, coniugem reginam filias  
 & natum captos humaniter, atq; vt dignū erat re-  
 gio genere, tractauit. Reginam natu grandiozem  
 matrem appellauit, puerum osculabatur, nō aliter  
 ac suum filium. Mirum sane quantā ob has virtu-  
 tes laudem meruerit Alexander in tota Asia, &  
 apud Dariū ipsum, adeo q; vltro se offerebat ad  
 ineundas pacis conditiones, paratū dicens se etiā  
 mediam regni sui partem tradere. Ad hæc respon-  
 sum ab Alexandro est: orbē hunc duobus solibus  
 regi non posse, verū si sponte se & regnum suum  
 dedere vellet, benigne recepturū se eum in gratiā  
 Sed iterum instructo exercitu victus est Darius,  
 & inter fugiendum cōfossus est à proprio suo mi-  
 nistro & duce Bessio. Superueniēs Alexander gra-  
 uiter admodum vulneratū & penē exanimem re-  
 perit Dariū, eiusque misertus est, & promisit ei  
 non fore impunitam istam tam insignem perfidiā  
 Bessi in propriū dominū. Quare captum postea  
 Bessum inter duas arbores è sublimi detractas li-  
 gari iussit, quibus magno impetu iterum in altum  
 tendentibus grauissimo cruciatu dilaceratus est.  
 Hac ratione in Asia Monarcha factus est Alexan-  
 der, & porrò reliquas regiones & vrbes occupa-  
 uit, Babylonem, Susam. &c. Initium autem huius  
 Monarchiæ Alexandri fuit post obitum vltimi  
 huius Darij, hoc est, initio septimi anni postquam  
 regnare cōpisset Alexander.

Post

## DE TERTIA MONARCHIA

Post hanc victoriam insolentior factus Alexander, luxu potandi coepit diffluere. Aliquot ex principibus & consiliariis suis necari iussit, ex quorum numero est prestantissimus & sapientissimus dux, atate iam confectus Parmenion. Adhuc ira commotus preclarum ducem suum Clytum in conuiuio interfecit, propterea quod Philippum patrem pretulisset Alexandro filio. Verum mutatis moribus fortuna quoque mutata est, quanquam interim adhuc irrequieto, Indis etiam & Scythis bellum intulit, verum non multo tempore vixit postea. Obiit enim anno trigesimosecundo, & mense vndecimo suae atatis. Imperauit post defunctum patrem Philippum non amplius annis duodecim et septem mensibus, & intra tam parui temporis spatium tanta tamque innumera bella consecit, adeo quanta multitudo hominum etiam in summa omnium rerum tranquillitate tot regiones & regna potuisset vix peragrare. Regnavit apud Babylonios post Darium quinque tantum annos, & menses vndecim. Docent tales historiae agi magnos reges & principes caelesti quodam numine.

Alexander multis & preclaris heroicis virtutibus preeditus erat, quarum exempla proponere hic non vacat ob compendii studium, quo utimur in his Chronicis. Vnum saltem recenseo ex omnibus. Quoties in iudicio actor aliquis causam dicebat absente reo, alteram tantum aurem prebere dicebat, & alteram manu ocludere solitus est Alexander, ut significaret, alteram se ad reum audiendum conservare saluam, & vtramque partem ex equo audiendam esse, id quod pertinet ad officium boni principis & veri iudicis. Dedit hic magnis principibus insigne exemplum Alexander, non alteram tantum, sed vtramque partem admittendam esse ad dicendam causam, quemadmodum & apud Athenienses



hienses id iurare solebant designati iudices, iuxta  
ius scriptum se pronuntiuros, & partis vtriusq;  
causam audituros ex equo.

De moderatione, & pietate qua vsus  
est Alexander erga Iudgos.

**E**Xtructa iam Ierosolyma iterum, summa in pa-  
ce vixerant Iudei sub piis illis Persarum regi-  
bus. Porro obsidente Alexandro Tyrum urbem,  
opem petiit à Iudæis, à quibus responsum est, nul-  
la se hoc ratione honesta facere posse, utpote qui  
Persarum subditi essent, quib; plurima, & ea mi-  
nime vulgaria ab ipsis beneficia accepissent. Au-  
dita hac excusatione iratus est Alexander, & victa  
tandem Tyro, profectus est cum exercitu contra  
Ierosolymitanos. Ceterum Iaddus summus sacer-  
dos sumpto sacerdotali ornatu, & ætate graues vi-  
ri alij egressi sunt vrbe obuiam Alexandro, pacis  
petendæ causa. Viso sacerdote in eo ornatu proti-  
nus desiliit ex equo Alexander, & ingenua ante sa-  
cerdotem procumbens, vltro pacem addixit. Mi-  
rati principes omnes sunt, tâta humilitate vti Ale-  
xandrum erga sacerdotem peregrinæ gentis, ade-  
ocq; q; indignationem animi tam paulo momēto  
remississet. Parmenio qui ob ætatem & prudentiã  
regi intimus erat, quæsiuit ex eo, qua motus reue-  
rentia supplicem adeo se præbuisset sacerdoti, ad  
quæ respondit, in Macedonia vidisse se in somnis  
imaginem ad illius sacerdotis similitudinē ob ocu-  
los versari, monuisseq; vt in Asiam proficiscere-  
tur, & opem promississet, atq; illi eidem deo, qui tū  
apparuerat, honorem hunc à se esse exhibitum.

Tum vero in urbem pacifice profectus est Alex-  
ander, audiens etiam reuerenter sacerdotes de reli-  
gionis doctrina differentes, qui & Danielis pro-  
phetiam docuerunt eum, quod Græcorum rex in  
Asia & apud Persas dominaturus esset. Vnde non  
parum

## DE TERTIA MONARCHIA

parum confirmatus est Alexander, & magna libertate donata Iudeis, templum etiam ingentibus & præclaris donis locupletauit. Reuersus Babylonem est iuxta vaticinium Ieremiæ. Seruauit hac ratione infirmam Ecclesiam suam Deus illis temporibus, quibus ob tam insignem mutationem imperiorum orbis in omnibus ferè regionibus bella fuerunt.

Diuisio regnorū post Alexandrum.

**R**Oxanen filiam principis cuiusdam in Persia duxerat in matrimoniū Alexander, quæ grauida erat quū moreretur rex. Mortuo Alexandro quū hæres regni verus alius nō esset, quæ regia proles, consilium inter se agitabant principes, de regno rectè administrando. Principio visum est certos gubernatores designare, donec regina peperisset, quòd si masculus nasceretur, illius ex hereditaria successione regnum esse. Contra vero à quibusdam, inter quos Perdicas fuit, frater Alexandri Arideus, homo formidolosus, & dubiæ sanitatis, in regis locum susceptus est, & in hanc sententiam maxima pars consensit. Ceterum nihilominus coacti sunt principes constituere, à quibus regnū administraretur, sed inter gubernatores primus Perdicas erat, idque sub nomine fratris Alexandri, quo prætextu hoc interim moliebatur, vt totū regnū paulatim occuparet, idque technis primū honestis, deinde aperta etiam vi cœpit tentare.

Ambiebat enim sororē Alexandri Cleopatram, sperabatque hac via regnum se facile posse obtinere. Ceterum Antipater, qui in Macedonia imperabat, olfaciens hunc dolum Perdice, nuptias illas impediuit, quare operā vicissim sedulo dabat Perdicas, vt captus Antipater in carcerē mitteretur. Hæc ferè summam occasio fuit belli, quod inter  
prin

principes Alexandri exortum est. Perdicas enim suas habuit factiones, contra hunc vicissim conspici-  
 raerunt Antipater, Antigonus & Ptolemæus. Ptolemæum autē primum inuastit in Ægypto Per-  
 dicas, vbi à propriis militibus statim interfectus est. Digna hæc pœna fuit, quam primus seditionis  
 autor inter principes Alexandri meruerat. At qui vero finis huius tragediæ fieri non potuit, neq; pa-  
 cis spes vlla erat, nisi cõplices Perdicae antea essent  
 oppressi quocq; imò etiam sperari nõ potuit, vniq; constantem concordiam fore in mundo, cū mor-  
 tuo Alexandro, veluti capitis expers esset mūdus. Neq; enim in tanta perturbatione oīm rerū aliud  
 apparebat, q̄ omni prorsus ciuilitate, & admini-  
 stratione subuersa, perpetuam latrocinij exercen-  
 di licentiam fore inter homines. Vsq; adeo legiti-  
 ma imperia in orbe constare nõ possunt, nisi à deo  
 instituantur, & conseruentur. Visum autem Deo  
 erat, ex Alexandri regno quatuor potentes prin-  
 cipes exoriri. Sic enim fore prædictum erat à Da-  
 niele, nimirum vt hirci illius, qui Alexandrum sig-  
 nificabat, vnico cornu pereunte, quatuor alia cor-  
 nua enascerentur, id quod exponit angelus de qua-  
 tuor regnis post Alexandrum institutis. Verum  
 dignum in primis admiratione hoc est, voluisse  
 Deum hæc regna illis principibus contingere, qui  
 sanguinis gradu Philippo & Alexandro coniun-  
 cti erant. Interim Perdicas, qui alienus erat à  
 regio genere, priuatur hoc honore. Ita enim ferè  
 comparatum est, vt is qui citra legitimam vocati-  
 onem ambit functiones publicas, & ingerit se sua  
 sponte rebus magnis gerendis, reiciatur à Deo,  
 veluti Absoloni & plerisq; aliis videmus conti-  
 gisse. Porro diuisa hæc regna sunt inter eos prin-  
 cipes, qui antea passim in regno ab Alexandro præ-  
 secti erant constituti,

Seleu

## DE TERTIA MONARCHIA

Seleucus Syriae rex factus est.

Ptolemæus Ægypti rex creatur.

Antigono Asiae regnum contigit.

Cassander in Macedonia & Græcia imperat.

Crudelia bella inter hos reges gesta sunt propter Monarchiam, quam quisque ambiebat. In Macedonia autem longe calamitosissima clades cõmittebatur. Cassander honestissimam reginam matrẽ Alexandri necari iussit, quæ ad mirandam plane pudicitia significationem, & constantiam ostẽdit inter moriendum. Nam vultu intrepido, præter morem mulierum, vltro obuiam progrediens canisici caput præbuit amputandum, & quum prolaberetur humi, manu vestes obseruauit, ne qua parte corporis detegeretur inhonestius. Roxanẽ vero capi, & seruari iussit Cassander. At perfidiam hanc probe vltus est Deus, quando post mortem Cassandri duo eius filij mutuis se bellis vexarunt propter regnum Macedoniae. Alter eorum Antipater Lysimachum, qui iuxta Hellespontum regnabat, ad se pertraxit, cuius filiam quoque in vxorẽ duxit. Alter vero frater Alexander opem a Demetrio impetrauit, qui Antigoni filius erat. Vterque autem a suo cõplice, a quo subsidium sperabat, interfectus est: Antipater a Lysimacho socero, Alexander vero a Demetrio. Tandem regnum Macedoniae Demetrio Antigoni filio cessit. Nam honestus pariter & fortunatus in rebus gerẽdis princeps fuit. Ab hoc Demetrio ortum habent reliqui omnes Macedoniae reges, vsque ad ea tempora, quibus vltimus ex eius genere a Romanis captus est, & in quo finem habuit regnum Macedoniae.

Obiter hic, & veluti in transcurso historiã subijicio, ex qua considerare facile poterit non imprudens lector, in Græcia, postquam mutuis se bellis con-

fece

fecerat, & exterorum principum patrociniō fam  
 vteretur, omnem honestatem honorum inortuā  
 vna cum imperiō & repub. periisse. Nam Deme-  
 trius hic, cuius nunc mentionē fecimus, quū versa  
 retur frequenter apud Athenienses, tam impuden-  
 ter adulati sūt ei, vt deū appellarent, & adorati-  
 one diuinōs ei honores exhibuerunt: quin & in sa-  
 cris solēni cātico vsi sunt: Reliquos deos omnes  
 dormire, solum Demetrium verū esse deum, &  
 pro ipsorum salute excubare. Testantur hęc impię  
 voces omnem profus verecundiam et pudorem  
 Athenis extinctum esse. Reliquū nunc est, vt prę-  
 termissis Macedonię rebus, eorum regum noīa  
 recenseam, qui in Syria & Ægypto regnarunt.

Nam hęc regna inter quatuor illa fuerunt poten-  
 tissima, & nouisse horum regum ordinē in sacris  
 literis etiam prodest plurimum, in quibus crebra  
 illorum mentio fit. Nam intercesserat populo Iu-  
 daico magna admodum consuetudinis & nego-  
 tiorum ratio cum his duobus regnis.

De regibus Syrię.

**S**eleucus natus est in Macedonia princeps, in cu-  
 ius femore natiuum signum apparebat, in an-  
 chorę modum, quod & omnes posteri eius habu-  
 erunt. Babylonem vrbem vi cepit. Postea Anti-  
 gonus, & Demetrius filius eius Asię reges ab eo  
 victi sunt. Antigonus confossus est. Demetrius in  
 carcere perit. Post hęc Seleucus Lyssmachū fudit.  
 Ceterum post hanc victoriā, mense septimo in-  
 terfectus Seleucus est a Ptolemęo Cerauno Pto-  
 lomęi Philadelphi fratre. Horrenda exempla hęc  
 sunt de euectione & lapsu tantorum regum, quę  
 merito ad timorem Dei incitare nos debent, ne  
 humanis consiliis & nostra prudentia res magnas  
 administrari putemus.

## DE TERTIA MONARCHIA

Antiochus Soter, Seleuci filius defuncto patre  
in Syria regnavit.

Antiochus Theos filius huius Laodicea coniugem habuit, ex qua duos filios sustulit: Seleucum & Callinicum, & Antiochum qui cognomento Hierax dictus est. Tradidit huic postea in uxorem filiam suam Berenicem Ptolemæus Philadelphus. Atqui mortuo Antiocho compulsi Labdice Seleucum filium suum, ut regnum occuparet, & noueram Berenicem caperet. Sequutus matris consilium Seleucus, obsedit noueram, & magnificis tandem pollicitationibus ad vltionem deditio- nem pertraxit, verum non seruata fide crudeliter eam iussit necari. Erat enim aperte vaticinatus Daniel, reginam Ægyptiorum tale aliquid passuram apud Assyrios, atque hoc ipsum vindicaturum esse regem Ægyptiorum. Nam designato hoc flagitio, Ptolemæus Euerges Berenices frater in Syriam profectus, exturbauit e regno Seleucum, & multis vrbibus direptis rediit in Ægyptum. Postea collectis viribus repetere volebat Seleucus regnum, & opem postulit à fratre suo Antiocho Hierace, erat autem hic ætate iuuenis planè, sperabatque hac occasione totum se regnum occupaturum. Etenim pace facta inter Ptolemæum & Seleucum, inuasit Hierax regnum fratris Seleuci, vsus ad hoc opera externorum militum. Nam Galatæ, quos Brënnus ex Germaniæ regionibus in Græciam perduxerat, longius iam in Asiam profecti fuerant, inuitari stipendiis illorum regum, inter quos varia tum bella gerebantur. Donati hi Galatæ sunt terris tum in Asia quas inhabitabant. Inde Galatæ sunt dicti, quibus Euangelium predicauit Paulus apostolus. Neque vero dubium est Germanos fuisse. Nam vno vocabulo Germani et Galli à Græ

à Grecis Celtæ dicebantur, & ex mutatione vocis pro Celtis Galatæ nomē factum est. Porro auxilio Galatarum vicit Antiochus fratrē suum Seleucum, sed ab Asiæ rege vicissim Antiochus cæsus est, magna etiam parte regni Syriaci amissa, tum profugere ad regem Ptolemæum Euergetem coactus est, & quum ita ab eo reciperetur, ne quo discederet, fugam adornauit, sed deprehenso cōsilio hoc interfectus est. Hoc fatum sortitus est tandem Antiochus Hierax. Sub idem fermè tempus frater eius Seleucus ab equo delapsus, periit. Calamitosam hanc fortunam, & infelicem exitum habuerunt hi duo fratres, qui multa, & nefanda facinorosa designarant.

Antiochus Magnus regem Ægypti Ptolemæum Philopatrem bello infestauit, sed repulsus est. Postea verò mortuo Philopatre, rediit cum exercitu in Ægyptum, sed puerum Ptolemæum Epiphane in suam tutelam receperunt Romani, quibus à patre cōmendatus erat. Occasio hæc fuit ingentis belli, quod inultis annis inter Romanos et Antiochum gestum est. Sequutus est Antiochi partes Hannibal, qui imperatorem aliquādiu in hoc bello egit, & multæ præterea regiones Græciæ Antiocho adheferunt. Ceterum aduersa pugna aliquoties debilitatus, pacis conditiones coactus est querere. Relicta tum illi à Romanis est ea tantum pars regni, quæ ultra Taurum montem sita est, adhuc, obsidis loco coactus est mittere Romam filium suum Antiochum Epiphane. Tandem vero quum diriperet Antiochus opulentissimum templum Belli in Syria, oppressus est à promiscua multitudne colonorum, qui ipsum vna cum comitibus ad vnū omnes interfecerunt, Hunc exitum habuit Antiochus Magnus.

## DE TERTIA MONARCHIA

Ierusalem ab Alexandri temporibus vsque ad Antiochum Magnum sic satis bona pace vsa est. Verum exorto bello inter hos duos reges, quum inter vtrosque sibi essent Iudæi, oppressi & infestati non nihil sunt ab vtraque parte. Et quanquam Ierosolyma vsque adhuc Ægyptiis magis adhereret, tamen subiecta neque Syriorum neque Ægyptiorum imperio fuit. Ceterum imperatorem Scopam misit Prolemæus Epiphanes aduersus Antiochum magnum, qui vrbes aliquot Syriæ, & partem Iudææ occupauit. Verum enim uero hunc quem oppressisset prope Iordanem Antiochus, porro vsque ad Ierosolymam se contulit. Supplices tum Iudæi ultro se ei dederunt, inuito etiam inter se & regem publico foedere, atque hac de causa pace eos frui permisit Antiochus, & opem tulit ad reparandam ædificationem vrbis Ierusalem. Atque hoc modo, quanquam periculum in hoc bello instare videbatur, propter viciniam, tranquillo tamen rerum statu sub hoc Antiocho vsi sunt Iudæi.

Antiochus Magnus tres filios reliquit, Seleucum cum cognomento Philopatrum, Antiochum Epiphane & Demetrium. Mortuo patre regnauit Seleucus paucos annos, alij duo fratres Romæ obsessi detinebantur. Antiochus Epiphanes quem cognouisset mortem patris, clam profugit Roma, & in Syriam reuersus rex est creatus. Nam Seleucus inutilis erat ad gerendum imperium, neque vixit etiam multo tempore post obitum patris.

Porro fuit hic Antiochus Epiphanes vir miræ calliditatis & audaciæ, & didicerat probe exemplo Romanorum accommodare se tempori & moribus omnium. Facile enim omnes cum quibus erat perferre ac pati, sapientem apud sapientes egit, & rursus apud dissolutos adolentes iis studiis.

obse



obsequabatur, quibus illi delectabantur, popularitate & benevolentia vulgus sibi obnoxium faciebat, & quoties sumptuosus epulum instituebat, magnas summas pecuniarum spargi iussit. Ob dissolutos mores eius factum ei nomen est Epimanes, pro Epiphanes. Epimanes enim insanum significat, nobilem vero Epiphanes.

Initium regni eius coepit post mortuum Alexandrum anno centesimo trigesimo septimo. Equum occupare nunc hereditaria sua regna, in Aegyptum profectus est. Nam circiter hoc tempus Ptolemus Epiphanes obierat mortem. Habuerat is reginam Cleopatram sorore Antiochi Epiphani, qui hac specie vsurpare sibi Aegyptiorum regnum coepit, quasi tutorem ageret regis pueri Ptolemi qui Philometor dicebatur. Neque aliud pre se ferebat quam omnem significationem humanitatis & benevolentie erga nepotem suum, & voluitur Memphis & maxima aliarum vrbes se dederet regi iuniori, vt sub hoc pretextu paulatim ad se totum regnum pertrahere posset. Jam vero confectis rebus omnibus, reliquit regnum, & Ierosolymam profectus est, idque ex rogatu Iasonis, qui per Antiochum summi sacerdotis dignitatem assectabat. Ita enim tum comparatum apud Iudeos erat, quod potentiores summum sacerdotium consequebantur technis, per conspirationes externorum regum, occisis interim & oppressis illis, qui veri successores erant. Qua de causa iterum punitus est a deo hic populus grauiter. Prima hec expeditio fuit Antiochi in Ierosolymam, ibi summum sacerdotem constituit, & diripuit templum, multosque interfecit. Contigit hoc anno sexto imperii Antiochi, id quod fuit post mortem Alexandri anno centesimo quadagesimo tertio.

H: Deim

## DE TERTIA MONARCHIA

Deinde post annos duos, hoc est, anno centesimo quadagesimo quinto post obitum Alexandri, denuo expeditionem parauit Antiochus in Ægyptum. Nam vrbes dederant se iterum regi iuniori, qui & opem à Romanis petierat. Iam vero quum inuaderet Ægyptum Antiochus, missus à Romanis legatus Popilius est, qui nuntiavit Antiocho populi Romani nomine, vt cederet ex Ægypti finibus, neq; iuniorem regem Philometorem bello infestaret. Nam statuisse Romanos, sua ope in regno eum conseruare. Ad que respondit Antiochus, deliberaturū se secum, quid esset facturus. Cæterum nullum deliberandi spatium concedere volebat Popilius, sed hasta sua circulo circum Antiochum ducto, iubebat fateri eū iamiam priusq; excederet circulo illo, cedere ne vellet ex Ægypto an non. Territus hac seueritate & cōstantia Popilij Antiochus, (nouerat enim & metuebat potentiam Romanorum) vltro se cessurum promittebat. Itaque coactus est denuo cum summa ignominia deserere Ægyptum. Verum ob doloris impatiētiam animi indignatione inflammatus, iterū ad Ierolimam contendit. Atque hæc altera eius expeditio erat in Iudæam, in qua multo crudelius q̄ antea tyrannidem suā exercuit: mandauit enim vt gentium idola colerent Iudæi, exuri Bibliorū libros iussit, & magnam partem perditissimorum hominum reliquit ad possidendam urbem Ierolimitanam, presidij loco, qui crudelibus admodum supplicijs affecerunt eos, qui à fide sua deficere noluerunt, & vsi ad hoc sunt opera illorum qui iam antea à Iudæorum religione descuerāt. Quin & templum quoque prophanatum est, nam impositum est ex gentiū superstitione idolum quoddam. Sed quid opus est verbis? Conati sunt vera  
bum

LIBER SECVNDVS

bum dei & vniuersam legem extirpare, & in eius locum gentium mores inducere. Neque vero temere, sed ex magna quadam prudentia coeperat hoc consilium Antiochus. Videbat enim ob religionem resistere sepe Iudeos gentium regibus, volebatq; ea de causa religionis diuersitatem sublatam esse. In hunc modum hudent humane cogitationes in diuinis rebus, & pro sua voluntate ac iudicio religionem instituere volunt. Proinde sub imagine & exemplo huius Antiochi simul depinxit Daniel Antichristum, & significauit regnum huiusmodi fore, in quo adfligantur Christiani, & deleatur verbum dei, ac vicissim religio instituat in speciem, que aduersetur verbo dei, per qua occasione contingat ad potentiam et amplissimas opes consequendas, perinde ac Mahometen falsam religionem, & eius pretextu nouum regnum instituisse constat. Et videtur ea religio non prorsus absurda esse, ac blanditur in primis rationi humane. Nam pretermisiss omnibus ferè sublimioribus sententiis & articulis fidei, eam solam doctrinam retinuit, que de bonis moribus precipit. Mirum sanè q̄ hoc ipsum adblanditur rationi humane, quare & irrepere facilius solet in animos hominum q̄ doctrina de fide.

Porro de tyrannide Antiochi in Machabeorum libris scriptum est: & testatur Daniel commeruisse has pœnas populum Iudaicum ob peccata. Interim autem dum adfligit suum populum Deus, non tamen extinguit eum prorsus. Exuscitauit enim Iudam Machabæum, qui collectis paruis copiis, Antiochi duces inuasit, & presidio dei sustulit hostibus, recuperauit tēplum tertio anno, postq̄ ab Antiocho idolum in eo positum fuerat.

### DE TERTIA MONARCHIA

Daniel complexus est totum hoc tempus ad-  
fictionis Iudeorum bis mille et trecentis diebus,  
qui constituunt annos sex & sex menses, & pre-  
rea dies aliquot. Nam durauit persecutio a ter-  
tio anno Antiochi vsque ad octauum, & menses  
aliquot. Diuisione hac quoque vsus est Daniel, vt  
in templo staret idolum mille ducentos & nona-  
ginta dies, qui annos tres & sex menses constituunt  
Et recuperatum est templum post centum quadra-  
ginta octo annos post mortuum Alexandrum.  
Fuit hoc. 348. anno, postquam ex Babylonica ser-  
uitute manumissus erat Iuda, & .152. anno ante na-  
tum Christum.

Porro vero commeruit sua impietate & blas-  
phemia in Deum Antiochus, non sui solum gene-  
ris perpetuum interitum, sed euerfionē totius reg-  
ni Syriorum, quandoquidem post mortuum An-  
tiochum, bello semper certatum est inter vnū &  
alterum, & nonnunq̄ inter plures de successione  
in imperio, vt palam cernere liceat in hoc exēplo,  
ex quibus principiis causæ soleant exoriri, prop-  
ter quas regna euertuntur, quemadmodum & ho-  
die nos in Hungarorū regno accidere videmus.

Obiit Antiochus Epiphanes in ea profectio-  
ne, quam denuo contra Iudeos adornabat, ad vlcis-  
dum acceptum damnum. Post eius mortem, fra-  
ter eius Demetrius Roma profugit, & occupauit  
regnum, occiso iuniore Antiocho, cui cognomen  
Eupatori erat, filio Antiochi Epipha.

Alexander dux seditione cōcitata aduersus De-  
metrium, occidit eum.

Demetrius duos filios reliquit, Demetrium &  
Antiochum Sedeten. Porro ab hoc Demetrio vi-  
cissim cæsus est Alexander. Postea coorta seditio  
est autore Triphone quodam contra Demetrium,  
qui

qui expulit eum è regno, sed reuersus iterũ in regnum Demetrius est, & gladio tandẽ trãsfixus perit. Antiochus Sedetes casus est à Parthis.

Porro Demetrius hic filium habuit Antiochũ Gryphum. Antiochus Sedetes filium reliquit Antiochum Cyriceum. Inter hos certatũ est de successione regni Syrię, & vterque occisus est. Postea horum filij parentum exẽplo non minori contentione dimicauerunt propter imperium Syrię, & mutuis se bellis adeo confecerũt tandem, q̃ coacta est Syria exteris se regibus dedere. Adiunxit enim se Tigrani regi Armeniã, estq; hoc modo Syriã regnum translatum à Seleuci posteritate ad peregrinos principes. Tandem vero cęso Tigrae à Pompeio, redacta est Syria sub potestati Romanorũ. Hactenus satis de regno Syriã.

De regibus Ægypti post Alexandrum.

**P**tolemæus Lagi filius, de quo apud Pausaniã est, qui eum nothum fuisse scribit ex Philippo patre Alexandri.

Prolemęus Philadelphus. Magnę laudes prædicantur de hoc rege, ob pacis studium, atq; adeo etiam quod omni genere artiũ delectatus est, & optimam reipublicę formam instituit. Contulerunt se ad hunc ex omnibus terris viri sapientes, quos benigne & liberaliter fouebat. Bibliothecam habuit, qua nulla alia in toto orbe erat instructior, & ea de causa notitia ei intercessit cum Iudeis. Nã quũ studiosè inquireret de omnium gentium, religionum, & artium origine, deprehẽdit omnium gentium Iudaicum populum vetustissimum esse, & quod ille solũ certissimas historias haberet de mundi creatione. Itaq; petiit à Iudeis mitti ad se ex Ierosolyma viros septuagintaduos, quorum opera in suam linguam ex Hebręo Biblia sacra transfererent.

## DE TERTIA MONARCHIA

rentur, atq; per hanc occasionē Biblia peregrinis linguis reddita sunt primū. Et nō dubiū est quin eadē hac ratione ad verā fidem cōuersus sit Ptolemæus.

3 Ptolemæus Euergetes Syriam inuast, & vitus est mortem Berenices sororis sue.

4 Ptolemæus Philopator vicit Antiochum Magnū: postea dissolutior factus puellam quandam misere deperire cœpit, adeo q; & reginā suam occidit iusserit, ob amorem translatus in puellam.

5 Ptolemæus Epiphanes, quē inuast Antiochus Magnus, cæterum postea tradita est illi ab Antiocho filia in vxorem.

6 Ptolemæus Philometor, hunc oppugnabat auunculus, eius Antiochus Epiphanes, sed tuentes Romani Ptolemum, præceperunt Antiocho cedere ex Ægypto, id quod supra indicauimus.

7 Ptolemæus Euergetes restituit Demetrium profligatum in suum regnum.

8 Ptolemæus Physco foeda crudelitate bestiam magis q̄ hominem referebat. Duxit sororem suā, & filios ex ea sustulit: postea occisum puerum matri edendum proposuit, tandē regno expulsus est. Reliqui sequentes simili foeditate fuerūt insignes, quemadmodū canum congressu, & tyrannide longe crudeliori.

9. Ptolemæus Alexander.

10. Ptolemæus Latyrus.

11. Ptolemæus Auletes, quē Gabini restituit.

12. Ptolemæus Dionysius, q. Pōpeiū occidit fuffit, & postea Iulio quoq; perfidus fuit, quare expulit eū regno Iulius, & donauit id forori Cleopatre, quē seipsam tandē occidit, quū Antonius, quē detinebat, victus esset ab Augusto. Postea Ægyptus Romanis cessit, estq; hoc modo nobilissimū genus Ptolemæi extinctum.

LIBER SECUNDVS DE IVDÆIS. 61

**A**Ntea monuimus post reditum Iudæorum ex Babylone apud posteritatem ex Dauidico genere summā imperij permanſſiſſe, tantum q̄ regia appellatiōnis dignitate carebant, & principes ſolum vocabantur. Et regnarunt vſque ad Antiochi tempora, & meminit eorum Lucas in Genealogia Chriſti.

Zorobabel 58.

Reſa Miſeolam 66.

Iohanna Ben Reſa 53.

Iudas primus Hircanus. 14. temporibus

Alexandri.

Post Alexandrum.

Ioseph primus 7.

Abner Semei 11.

Eli Mathathia 12.

Aſer Maath 9.

Nagid Artaxat 10.

Hagai Eli

Maslot Naum.

Amos Syrah 14.

Matathia Siloa 18.

Ioseph Iunior 50.

Is magnā habuit familiaritatē cum Ptolemæo Evergete, & Arſes vocatur apud Eusebium.

Ianna Secūdus Hircanus. 16. Magna is bella geſſit aduerſus Arabas, et victoria ſepe vſus eſt. Porro quū ab Antiocho Epiphane in arce quadā obſeſſus eſſet, neq̄ preſidio ſe longius tueri poſſet, tamē dedere ſe noluit, ſed fortiter dimicādo in pugna reſtitit hoſtibus, donec interēptus eſt. Poſtremus is fuit in populo Iudaico, princeps ex regio ſtēmate Dauidis. Poſt hūc regno preſuerūt Machabej, q̄ ex ſacerdotali genere fuerūt: caterū poſt hos trāſlatū eſt Iu

## DE TERTIA MONARCHIA

est Iudaicum regnum ad Herodis genus, quod ex gentibus erat, sed receperat circumcisionem. Id vero prædixerat deus, ut sceptrum & maiestas imperij tolleretur à Iuda & successoribus Dauidis sub adventū promissi Christi. Neq; vero alienatū fuerat regnum à posteritate Dauidis supra centum & sexaginta annos, anteq̄ nasceretur Christus, adeo q̄ necdum hominum memoriā excesserat, quod genus imperauerit. Ad hunc modum recensentur à Luca principes Iudaici populi, vsq; ad vltimum Ianna Hircanum, & post hunc reliquos etiā numerat, qui non imperarūt, vsq; ad Christum. Proinde subiiciā breuiter de Machabæis et genere Herodiā

De genere Machabæorum.

**M**Atathias hortatus est filios suos, vt resisterēt Antiocho, et regnarunt hi ordine per successionem vt principes.

Iudas Machabæus primus, fudit Antiochi Epiphanis duces, & templum intra triennium recuperavit, præclarisq; victoriis vsus est. Cæterum quā primum fœdere inito conspirasset cum Romanis, cæsus est, & interiit. Etenim non vult deus nos nisi humano præsidio, sed vt sui fiducia omnia agamus. Regnavit annos quinq;.

Ionathas regnavit annos decem & novem, sequutus is est Alexandri partes, qui in Syria sibi imperium vsurpabat. Postea perfide admodum à Triphone occisus est. Infœlicem exitum sortitus est, nam subsidio improborum & seditiosorum hominum fretus erat.

Simon regnavit annos octo, vicit Antiochum Gryphum, cæsus tandem est per proditiōē à proprio genero.

Simonis filius Ioānes Hircanus fuit, imperavit ille annos vigintisex, Huius tēporibus obsidebat

Ieru



LIBER SECVNDVS

69  
 Ierusalem Antiochus Gryphus, sed pecunię largi-  
 tione placatus, deseruit urbem intermissa obsidio-  
 ne. Postea obtinuit Samariam Hircanus.

Reges Machabei.

**A**ristobulus Hircani filius regnavit vno anno,  
 & regio diademate coronari voluit. Primus  
 hic rex est in Ierusalem, post reditū Iudæorum ex  
 Babylone. Occidit fratrem suum Antigonum, q̄  
 verebatur, ne is regnum ambiret.

Alexander iunior Hircani filius regnavit annos  
 viginseptem, regnavit post eum Alexādra vxor  
 eius annos novem.

Alexander duos filios reliquit, Hircanū & Ari-  
 stobulum. Quāquam autem natu maior Hircanus  
 esset, tamen pulsus ē regno ā fratre Aristobulo est,  
 qui per violentiam pręripuit fratri regij nominis  
 dignitatē. Cęterū ab Antipatro principe Idumę  
 & patre Herodis, et ab Arcta Arabię rege adiutus  
 est Hircanus contra Aristobulum. Neq; vero mi-  
 nus fuit tum in Iudęa barbarus status rerum, gen-  
 tium more, q̄ in aliarum gentium regnis. Postea si-  
 mulatq; Pompeius cepit Ierusalem, summū sacer-  
 dotem constituit Hircanum, & captum Aristobu-  
 lum vna cum duobus filiis Alexandro & Antigo-  
 no Romam perduxit. Porro vero in itinere dum  
 proficiscuntur Romā, elapsus est Alexander, & re-  
 versus in Iudęā potēs iterum factus est. Tum vero  
 fudit eū Gabinius imperator Romanorū in Syria,  
 et postea ex iussu Scipionis trūcatus est Antiochię

Antigonus dimissus est Romę ā Julio, verū ab  
 Antonio multo tempore post occidi iussus est An-  
 tiochię, tertio anno simulatq; Herodes cōstitutus  
 rex erat. Et functus est summo sacerdotio Hircanus,  
 si totum eius tempus ad calculum reuocet, an-  
 nos trigintaquatuor, tandē ab Herode occisus est.

Hor.

## DE TERTIA MONARCHIA

Horrendū omnino est vidēre ferē in omnibus hīstoriiis, non interire modo clarissima genera inter homines, verū posteros plerūq; sanctissimorū hominū degenerare prorsus à probitate maiorū, & in omnem turpitudinem flagitiorum prolabi.

Quo tempore Pharisei, & reliquę Sectę apud Iudeos sint exortę.

**Q**uam iam ob tyrannidem & bella Antiochi lacerari & diuelli cępisset principatus & sacerdotiū apud Iudeos, vt non dicam interim, Machabeos gētium regibus adhasisse, qui pro suo arbitrio principes & sacerdotes aut statuebant aut deponebāt, quibus quiduis potius q̄ religionis studium curā erat, fieri non potuit quin sectę & varię dissensōnes in Iudaica religione exorirentur. Ita enim accidere necesse est, quū vel caremus certo capite in religione, vel quum capita Ecclesię negligunt pietatis studia, & gentiū prophanarū exemplo externam potentiam tantum quęrunt.

Sectę exortę triplices sunt: Primi Pharisei dicti sunt, hoc est, segregati, à voce phares. Vsi sunt hī (nā doctiores reliquis fuerunt) quibusdā humanis cōstitutionibus super legē Mosi, quibus à reliquo populo segregabant. Fuit tamē paulo sanior & rectior horum doctrina q̄ aliorum. Nam docuerunt immortalitatem post hęc vitam, & q̄ vlscisci velit deus peccata, crediderūt quoq; venturū esse Messiam in salutem credentium, & peccatoribus iudicem. Commissa etiā huius sectę visus est respublica præ aliis, quibus potentiores quoq; erant.

Secunda secta Sadducęorū erat, hī præclaro admodum & insigni appellatione nominis impietatem suam occultabant, Nam Zaddik iustū est, Sadducęi iusti seu sancti. Ita plerūq; comparatum est in mundo, vt qui pessimi omnium sunt, honestissi

na vocabula suis cupiditatibus prætexant. Docuerunt nullam vitam esse post mortem, Legem in hoc solum tulisse deum, ut honeste & tranquille vivamus, accipientes interim in hac vita iustitiam præmia à Deo. Interpretati sunt scripturas planè pro iudicio rationis humanæ, neq; volebāt audire aliud, & quod ad vitæ mores attinebat, Epicuræi profus fuerunt. Quinetiā potentia tandē aucti nō parum negotij Pharisæis fecerunt, estq; horrendum inprimis auditu, in peculiare populū dei ethnica plane dogmata irrepsisse, adeo quod publice etiā tradere non sunt veriti, & adserere constanter, post hanc vitam aliam vitam non restare.

Essæi recti fuerunt, qui quū cōsiderarēt & Pharisæos & Sadducæos sub honesto pretextu titulorū suas cupiditates sectari, neq; ferè quicquam facere quod dignū esse posset eorū professione, proinde visum ipsis est, factis vitæ severitatē declarare, & dici se Essæos, hoc est, operarios voluerūt. Assa enim, vnde Essæi dicuntur, operari significat, quæadmodū hisce temporibus & Lutheranos & Papistas damnant Anabaptistæ, & vtriq; sanctiores student videri. Essæi enim per omnia ferè Anabaptisticā vitam egerūt, abstinere à matrimoniis, & omnia inter se cōmunia voluerūt esse. Fuit omnino hæc stulta quedā & crassissima Monachatus superstitio, & quæ longo tēpore durare nō potuit. Ad eundē ferè modum et hodie in tres partes diuisa est Ecclesiā nam & secundus ille aduētus Christi in foribus est. Anabaptistæ Essæos referūt, & in vtraq; altera parte Pharisæi quidā, quidā Sadducæi sunt. Etenim ea, quæ apud Iudæos gesta sunt, typum Christianæ religionis significabāt, Exortē hæc sectæ sunt primum inter Iudæos sub Ioāne Hircano Simonis filio, ante natum Christum, 125. anno.

## DE TERTIA MONARCHIA

De Herodis genere.

**Q**um Julius Cæsar plenum vndiq; discrimine bellum gereret in Ægypto, fideliter admodum ei subsidium præbuit Idumææ princeps Antipater, et ob memoriam huius beneficij constituit eum Julius præfectum Iudææ, quæ hunc cogitur peregrinis et aduenis principibus in suo regno obedire. Opposuerunt se primum magna vi Iudæi, indignissime ferentes Idumæi hominis imperium, adeo quod veneno tandem per Iudæum quendam, cui Malcho nomen erat, necatus interit.

Herodes vltus est mortem patris Antipatri, & successionem regni Iudaici impetrauit ab Augusto & Antonio Olympiade centesima octogesima secunda, id vero fuit post Alexandrum ducetis nonagintaduobus annis. Hæc occasio fuit per quam recepit Iudæa aduenas reges ex Idumæa, & post longam obsidionem coegit Herodes Ierosolymitanos ad deditiorem, neq; vero parum sanguinis fundebatur, priusquam vltro se subiicerent Iudæi Herodis imperio. Porro trigesimo anno Herodis natus Christus est. Maximæ hæc sunt ferè, & præcipuè vicissitudines regni summam comprehendere, quæ acciderunt in Iudæa huius Monarchiæ temporibus, vsque ad vltimam Monarchiam, & tempora nati Christi.

Quamquam autem satis constat reges Iudaicos post natum Christum ex Herodis genere fuisse, tamen singulos ordine ponam, vt cognoscere queat lector facillius, quomodo alij ab aliis nati sint, et successione quadam impertum legitime administraverunt, vsq; ad deuastationem vrbis Ierosolymitanæ, tamen quod ad iustum historix ordinem attinet, non dum progressus es sum, nam restant mihi adhuc ex res gestæ Romanorum recensendæ, quæ  
sub

sub tempora Gregorum Monarchię contigerunt.

Herodes primus, qui & Ascalon dicebatur, filios plures habuit, inter quos tres Aristobulum, Alexandrum, & Antipatrum ipse occidi iussit, ob conspirationem, quam contra patrem inierant. Ceterum post hunc vixerūt, Archelaus, Herodes cui cognomē Antipas erat, & Philippus, inter hos diuisio regni contigit.

Archelaus a patre Herode in regem electus est testamēto. Verum noluit confirmare hanc voluntatem patris Augustus, sed constituit eū principē, sub hac tamē spe, vt rex designaretur, si honeste regnum administraret. Imperauit itaq; annos nouē, & magna tyrānide vsus est, suffecit et defutuit summos sacerdotes, & rapuit germani fratris Alexandri vxorem. Tandē accusatus est propter flagitia apud Augustum, qui priuauit eum imperio, et supplicij loco relegatus est in Galileam, vt reliquā etatem suam ibi in exilio trāssigeret, postea vero ea Iudeę pars a Romanis p̄fectis administrata est, primum per Cyrenium, postea a Pilato.

Herodes Antipas cognominatus frater Archelai, constitutus erat a patre Herode princeps Galilææ. Abstulit is fratri Philippo viuenti coniugem legitimam, quod hac occasione contigit: Herodes Romam proficiscitur, & inter eundem diuortitur forte fortuna ad fratrem Philippum, qui in prima Idumææ parte habitabat. Intercedente itaq; familiaritate Herodi cum Herodiade, quę filia Aristobuli, & Herodis Agrippæ soror erat, conueniunt inter se, vt reuersus Roma eam abducere secū vellet, idq; factum est postea. Flagitium hoc reprehēdit Ioannes Baptista, q̄ hac de causa truncatus est. Ceterū non abstulit tandē id impune Herodes, nā a Caio Caligula Leoniam apud Galileos in exiliū cum

## DE TERTIA MONARCHIA

cum Herodiade relegatus est, quæ coegerat eum, vt Romã proficisceretur regni impetrandi causã, sed re omni infecta eam quoq; imperij partẽ annis sit, quam antea possederat. Regnavit in Galilæa annis viginti quatuor.

Herodes Agrippa Aristobuli filius fuit, de quo diximus antea, fuit enim primi illius Herodis filius, et occisus à patre est. Porro fuit Herodes Agrippa captus Romæ Tiberij rēporibus, postea in summa gratia apud Caium Caligulam fuit, impetrauit enim ab eo primum fratris sui Philippi partem, & regij nominis appellationẽ, postea & eam quoq; terram, quã Herodes Antipas habuit. A Claudio Samariam & Iudæã obtinuit, & hac occasione vnus iterum imperio tota Iudæa subiecta est. Ab hoc Herode Iacobus Apostolus maior occisus est, id quod & in Actis extat, cap. 12. Regnavit annos. 7.

Agrippa Herodis Agrippæ filius atate plane puer erat, quum more retur pater, quã obrem iterũ nunc Romani prætores Iudæam administrabant. Postea vero donauit Agrippæ Claudius eã Syriæ partem, quæ Chalcicum regnũ dicitur, donauit & eam partem, quã Philippus possidebat prope Idumæam. Donatus quoq; à Nerone est aliquot vrbibus Iudææ. Temporibus huius Agrippæ deuastata Ierusalem est, & mētio illius fit Actorum. 21. Regnavit annos. 27. Philo scribit filiũ huic Agrippæ fuisse, qui vna cum Ben Cosban imperauit, qui regium sibi imperium vsurpabat in Iudæos, & magnam seditionem cõcitauit in Syria, & Iudæa, tempore Adriani Cæsaris.

Totum hoc genus est Herodis, vsq; ad euersionem vrbis Ierolosymitanæ, quod ideo cõgessimus breuiter, vt perspicue cognosci queat, quo ordine in regno successerint. Id vero nouisse in bibliis sa-

eris necessarium imprimis est. Anni sunt iam inde à primis Herodis temporibus vsq; ad deuastationē Ierusalem. 103.

## De Roma.

**I**N tertia Monarchia cōmemorauimus breuiter Interitum Persarum, successum & casum quoq; Grecorum, Iudęorum etiam varias mutationes & inquietudines. Nunc restat, vt simili breuitate referamus tempora maximorum bellorum, quę à Romanis iam inde ab Alexādro gesta sunt. Cresceret enim opus in immensum, si integras historias velim enumerare.

Supra monuimus aliquoties in hoc ordinatas esset summas Monarchias diuinitus, vt magni & potētissimi principes domarentur, & ius aduersus magnā tyrannidē cōstitueretur. Videre enim hoc est in omnibus Monarchiis, quę nō alia propemodū ratione auctę sunt, q̄ quodd potentissimos reges subegerūt. Sic enim Romani simulatq; in Italia potentissimi esse cōeperunt, inuasērunt primū Hispanos & Carthaginenses, atq; diuturna difficilimaq; bella gesserunt, quanquam interim & ipsi non semel grauissime cæsi quoq; sunt.

## De bello Carthaginensi.

**O**ccasionem belli aduersus Carthaginenses Sicilia prebuit. Nā Hierō rex subsidiū & opem petiit à Romanis contra Carthaginenses, qui quū longo tempore iam occupatam tenerēt magnam Siciliae partem, varios subinde motus excitabant. Itaq; anno à condita vrbe quadringētesimo octogesimo Romani primū expeditiōne pararunt contra Carthaginenses, durauitque hoc bellum annos vigintiduos continuos. Primum autem eadem plane miserabilem perpeffi sunt Romani, quum Regulus captus est. Porro Regulus hic à Cartha-

## DE TERTIA MONARCHIA

ginensibus Romanis missus est, ad agendum in senatu pro captiuis dimittendis, tum enim & se liberum fore, si a Senatu id impetraret, sin vero minus, pro data fide Carthaginem se reuersurum conuenerat. Regulus simulatq; Romam venit, ipse in Senatu suasisse fertur, ne paterentur pro se captiuorum permutatione fieri, sed cogitarent potius se virum aetate senem, & corpore infirmum esse, qui viuere diu amplius non posset. Quid verbis opus est? sequutus est tandem eius sententiam Senatus, & ille Carthaginem rediit, vbi variis nouisque tormentorum modis excruciatu est, & inter reliqua eius tormenta hoc quoq; traditur, quod percussis oculorum palpebris punitus sit perpetuis vigiliis. Comendatur primum huius viri precipuus erga rem publicam amor, nimirum cuius vtilitate priuate sue & suorum salutis anteposuit. Laudatur & fides in eo, quod rediit Carthaginem, praesertim quum non ignoraret, crudelissima sibi supplicia parata esse. Tandem vero coacti Carthaginenses sunt pacis conditiones petere a Romanis. Apud insulam Egusam grauissima pugna commissa est, & a Romanis tredecim millia Carthaginensium caesa sunt, & trigintaduo millia capta. Atqui vero petentibus Carthaginensibus pacem, captiui vltro a Romanis dimissi sunt sine pecunia accepta. Contigerunt haec post Alexandrum quum in Aegypto Ptolemeus Euergetes dominaretur.

De Hannibale.

**A**Nno ab vrbe Romana condita quingentesimo Anno trigesimo sexto secundum bellum Punicum aduersus Romanos ab Hannibale inceptum est. Occasus huius belli orta est ob Hispaniam, quam quum amississent aliquando Carthaginenses, nunc eam subegit iterum Hannibal. Neque vero vnquam maiorem cladem passi sunt Romani, quam in hoc bello.

Narr



Nam vsque adeo omnis fortuna aduerfata illis est, quod profectus in Italiam Hannibal ter fudit eos, & quanquā in prioribus duabus pugnis maxima Romanorum pars cæsa est, tamen ne conferri quidem potuit ad tertiam pugnam, in qua circiter quadraginta Romanorum millia perierunt, plerique etiam capti sunt. Incussit hæc clades tantum terrorem vrbis, quod multi ex nobilitate collecti cōsultare cœperunt, vt deserta vrbe Romana in Graciam profugerēt. Cæterum vbi hoc Scipio iunior audisset, accessit eos, hortabaturque ad constantiam in tuenda patria, et addidit: Si quem sentiret ex patria fugam moliri, eum suo ilico gladio periturum. Itaque cœgit iuuetutem nobilitatis vt sacro iuramento inter se obligati promitterent non cessuros se ex vrbe, sed vltro se velle quauis etiam fortunam patriæ causa perferre. Porro idem hic Scipio finē huius belli fecit, postquam durauerat annos sedecim. Nā vicit in Africa Hannibalem, & cœgit Carthaginenses ad pacem petendam, & ea lege inita pax est, vt Carthaginenses dederent Romanis Hannibalem. Ceterum elapsus ille profugit ad regem Antiochum Magnum, quē incitauit ad ingens & formidabile bellum instituendum contra Romanos. Sed Antiochus rex cæsus est id quod antea diximus. Facile admodum ex his colligi potest quō tēpore secundum hoc bellum Punicum gestum sit, nimirum annos viginti ante Iudam Machabæum.

De bello Romanorum in Macedonia.

**S**vb annum quingentesimum & quintum supra quinquagesimum bella primum in Macedonia exorta sunt, primum cum Philippo, idque causa fœderis initi cum Hannibale contra Romanos. Erat enim Philippus rex magnopere insensus Romano nomini, nam videbat emergere eam urbem in

## DE TERTIA MONARCHIA

excidium omnium regū, & potentissimorū quorumq; Monarcharum, adeo etiā quod dixisse eum aliquoties ferunt, timere se tempestatē ex Italia aliquando venturam in Græciā, præ cuius vehementia omnes illę clades, quas à Persis et ab alijs illatas perpessa esset Græcia, ludus et iocus planē dici possent. Proinde quū à Romanis bello peteretur, non imprudenter pacis condiciones postulauit, & concordiaę fœdera iniit cū Romanis. Postea vero Perseus filius, vt gaudaciōr, & animo irrequieto erat, expeditionem instruxit, cōtraxitq; cum multis regibus fœdera, & eas Romanorū vrbes inuasit, quę in Græcia erant, cæsi etiā ab eo grauitē sunt primum Romani. Verū non multo post hanc pugna vltro pacis condiciones petiit, sed has dare recusabant Romani, et Paulū Emiliū miserunt in Macedoniam, à quo victus est Perseus, & captus vna cum matre, vxore, & liberis. In hunc modum domiti sunt à Romanis reges. Postremus hic Perseus, inter reges Macedoniaę fuit, estq; in hoc generosa illa & nobilis prosapia Demetrii, de qua diximus antea, extincta. Porro huius Persei filius Romę scriba factus est, & regnū Macedoniaę postea semper à Romanis imperatoribus administratū est. Exortum autē hoc bellū cum Perseo est nō multo antequam Antiochus Epiphanes Iudeos inuaderet.

### De deuastata Carthagine.

**A**Nno altero post sexcentissimū à condita Romana vrbe tertium atq; adeo vltimū bellum cum Carthaginensibus inceptū est ex hac occasione: Male conueniebat Carthaginensibus cum circuniacētibus vicinis suis, (vt solent plerunq; inter vrbes & principes dissensiones incidere,) petierūt autem hi auxilium à Romanis aduersus Carthaginenses. Post longam vero disceptationem in senatu Ro-

tu Romæ disputatū est, an prorsus deuaſtanda Carthago eſſet, ſiquidem irrequieta in pace viuere nō poſſet. Suaſerat enim Scipio, ne dirueretur Carthago, primum ꝓ inhoneſtum eſſet exercere Romanos tantam tyrannidem, tantumqꝫ populum tam crudeliter trucidare. Ad hæc ꝓ inutile quoqꝫ eſſet, nam ſine hac vrbe in officio Africam retineri nō poſſe, niſi forte in ſolitudinem prorsus eſſet vertenda. Tertio neceſſariū imprimis eſſe, habere Romanos aduerſantē ſibi huiuſmodi urbem, à qua ad alacritatem incitarentur, alioqui futurum, vt bella inter ſe mutuo concitarent, ſi foris hoſtē nō haberent quē vererentur. Contra verò Cato inter reliqua argumenta, hoc vel præcipuū adduxit, conſiderare ſe, Romanos denegenerare ſenſim à virtutibus & fortitudine maiorum. Quamobrem ſi perſiſtens in ſuo ſtatu vrbs potētiffima Carthago cognoſceret ignauiam, ſecuritatem, ſocordiam atque debilitatem Romanorū, nihil certius eſſe, quin iterum pro imperio affectando eſſet certatura, & oppreſſura Romanos, ſubiecturaqꝫ ſuę potēſtati. Igitur ne id fieret, vtiliſſimum & neceſſarium imprimis eſſe, Carthaginem deleri.

Neque vero in hanc ſententiam certi aliquid adhuc decernere voluit ſenatus, ſtatuit autem & Catonem ſenem, & alios quosdam vna cum eo mittendos Carthaginem, vt explorarent rem omnem, num quid periculi à Carthaginenſibus eſſet metuendum, vt tū demum ferio, quid factū optimū eſſet, conſultarent. Sed quid multa? reuerſus Cato multo plus periculi metuendum eſſe à Carthaginenſibus nuntiauit, quàm vnquam antea. Nam quanquam regnis exuti eſſent Carthaginenſes, tamen conſiderare ſe facile, & potentem, & ferocem pariter urbem eſſe, quæ

## DE TERTIA MONARCHIA

quiescere non possit, nisi sensim tentaret, aliquid, quo se vlcisceretur. Ad hæc attulerat secum Cato eximia magnitudinis ficus recentes, quas publice ostēdit in Senatu. Et quum quæstus esset, vnde apportasset eas ficus, respondit, intra triduum eò nauigari posse, atq; crescūt in terra hostium vestrorum. Viscadeo non longe siti sunt hostes vestri, & qui adfectant imperium vestrum. Per motus multis his persuasionibus senatus, decreuit vt Carthago bello peteretur, & funditus deleteretur, ne eius reparanda spes esset postea. Porro huic bello conficiundo designatus est imperator Scipio iunior, Pauli Æmilij filius, & quarto anno post cōtinuam per sex dies oppugnationem, capta est Carthago. Et quanquam omnibus liberam fugam permitteret Scipio, tamen miserāda clades commissā est in vrbe quum diriperetur. Postea ex iussu Scipionis igni incensa vrbs per sedecim integros dies perpetua conflagratione arsit. Hęc est miserabilis illa ruina Carthaginis nobilissimæ vrbis, in qua semper ferē tam multi præclari principes imperium tenuerunt, de quibus pro dignitate dicere breuitatis studium nos nō sinit. Stetit Carthago circiter septingentos annos. Potest sane pius lector contemplari in primis hic horrendum exemplum vtrionis diuinæ in tam potentis & præclarę vrbis tam crudeli euerfione. Fertur etiam post incēdium equo accessisse Scipionem ad locum vrbis, vidisseq; miserum casum in direpta & extincta Carthagine, atq; motum commiserationis adfectu largiter admōdum fleuisse, & subiecisse tandem hæc verba: Miserari se casum vrbis tam præclarę, & præuidere se fore vt et Roma aliquādo eodē modo euerfa iaceret, quin palam esse, nullum in terris imperium diuturnum, & nullam potentiam stabilem esse posse.

De Cimo

## De Cimbrorum bello in Italia.

SECUNDA hæc est historia de Germanis, deq; successu eorum, quem in Italia habuerunt. Cimbri enim proprie Germani sunt, quod vel Cimbricæ Cherfonesi nomen testatur. Nam ea appellatione Holsatiæ & Daniæ regiones vocantur. Porro, Strabone teste, Cimmerici & Cimbri promiscue idem sunt. Vocabuli origo est à nomine Gomer Iaphet filio, qui eas ultra Thraciam regiones quæ nos spectant occupauit, in quibus nunc Lituani & Lituonij populi habitant, atque hac de causa Homero poëtæ Cimmerici noti fuerunt: nam Thraciam & ei contiguas regiones nouerunt Greci. Ceterum Cimbrorum appellatio apud Holsatiam & Daniam tantum relicta est. Illi vero, qui versus orientem & Thraciam spectant, Gotthi dicti sunt, de quibus infra in historia Gotthorum à nobis dicitur. Quin etiam & Teutonum clare hic fit mentio, qui vnâ cum Cimbris profecti sunt. Fuisse autem certum est multitudinem innumeram circiter trecenta millia ex omnibus Germaniæ finibus collectam, & tantam manum quæ diuisi inter se partim Italiam, partim vero Galliam occupare volebant. Cæterum quando Romanos inuaserunt, rursus collecti sunt, & primum à Cimbris grauissime cæsi sunt Romani, qui in quatuor ingentibus pugnis succubuerunt, & in vno eo prælio, cui Cepio præerat, cæsa sunt Romanorum octoginta millia, quæ res tantum Romæ totiusq; Italiæ populis terrorem incussit, quantum nunquã vel Hannibalis temporibus senserunt. Designatus est tum Marius imperator contra hos Teutones. Erat enim is inter fortissimos milites censendus, quos habuit Roma. Profectus est ad hoc bellum anno sexcentesimo quinquagesimo secundo post conditã urbem

## DE TERTIA MONARCHIA

Romam, & durauit hoc bellum in tertium vsque annū, donec oppressi & funditus deleti sunt Cimbrī. Tradunt historię in vltimo conflictu tāta fortitudine vfas mulieres, q̄ non minor clades ab ipsis, q̄ a viris illata sit. Et tanto furore, quod obuiā procurrentes Romanis cum infantibus, eosq; in aduersas facies Romanorum incusserunt. Tantæ profecto atrocitatis exemplum hoc est, vt ad irā dei merito expauescat, quicumq; in historiarum lectione tantas calamitates deprehendit. Oportet enim vehementem indignationem esse, quę tantam cladem miseris alioqui & oppressis rebus humanis immittit.

### De Sylla & Mario.

Scipionem Nasicam verissime dixisse, id euenus tus comprobauit. Nam quum ob potentiā ab externo hoste debilitari nō possent Romani, suis ipsi inter se viribus conciderunt. Marius, de quo modo diximus, præclaras victorias ab externis hostibus reportauit, sed tandē in vrbe Romana crudelissimi tumultus autor fuit. Nam quū Sylla imperator esset designatus, vt in Asia aduersus Mithridatem bellum gereret, ægre tulit Marius adulescentē Syllam sibi anteponi, & effecit apud Tribunos, vt opponerent se Senatui, & suffragio vulgi Marium eligerent. Ex hoc odio ingens bellum illud inter Marium & Syllam occasione sumpsit. Etenim quum excitasset hunc tumultum Romæ Marius, expeditionem Sylla in Asiam adornauit, ceterum impetrauerat Marius suffragante populo, ne proficisceretur in Asiam Sylla, & amici quidam Syllæ conciderant in hoc motu Romæ, inter quos fuit Pompei consulis filius gener Syllæ. At qui vero quum per Tribunos mitterentur ad Syllam, qui nuntiarent, ne pergeret in Asiam, repete

infra

instructis copiis venit Romam, & occidit Tribu-  
 num, & multos alios. Marius in Africam fugit.  
 Interea omnia in vrbe in suum ordinem redegit  
 Sylla, & in Asiam profectus est, magnaq; negotia  
 confecit, vicit Mithridatem & Athenas vi occu-  
 pauit, ac totam Greciam, plurimasq; alias Asiæ re-  
 giones subegit. Dum hæc geruntur à Sylla, redit in  
 terea ex Africa instructus Marius in Italiam, &  
 profectus Romam trucidauit optimos & præ-  
 stantissimos quosque principes, & primores Ro-  
 manos, eratq; clades ea prorsus miserabilis Romæ  
 Coactus tum est ex Asia reditum maturare Sylla,  
 vt subsidium suis ferret, sed interim dum venit,  
 moritur Marius. Cæterum filius Marij instaurat  
 bellum contra Syllam, quo territus Sylla dixisse  
 fertur, iuuenem se vsu esse fortuna contra senē,  
 nunc vereri se, ne vicissitudine quadam iuuenis  
 stem aduersus se sit habiturus. Testatur hoc exem-  
 plum prudentissimos homines expendisse studi-  
 ose, & timuisse pariter inconstantiam fortunæ,  
 quæ accidere solet in rebus humanis. Atqui vero  
 fortunauit Deus institutum Syllæ, vt triumpharet  
 de hostibus suis, nam causam iustissimam habuit.  
 Sed tradunt historiæ fuisse tamē postea plus iusto  
 crudeliorem Syllam, nam nemini ferè pepercit ex  
 numero illorum, qui Marij partes sequebantur,  
 neque vllus modus aut finis exercendæ cædis fuit  
 Romæ. Ita demū Marij tyrannis, qua vsus erat in  
 principes, vindicata est à Sylla, qui eos in impe-  
 rium restituit. Cognosces in primis ex hac histo-  
 ria optime Lector, tantam calamitatem & dissi-  
 dium in Republica ex paruis initiis ortum tra-  
 xisse, & vicissitudine quadam primum in Prin-  
 cipes, deinde in populum hoc malum serpsit.  
 Cæterum magna vsus est prudentia Sylla, & sum-  
 mam

## DE TERTIA MONARCHIA

nam laudem meruit, quod post tumultum hunc in ordinem certum redegit & confirmavit Reipublice statum, omni nimirum Tribunorum plebis autoritate abrogata, nam illi semper accendere solebant multitudinis animos aduersus Senatū, sed hoc ipsum immutauit postea Pōpeius, qui in gratiam plebis reuocauit Tribunos, sed malum consilium consultor pessimum fuit, nam & Tribuni auctores erant in bello ciuili, inter Caium Iulium Cæsarem & Pompeium, concitando.

De Pompeio & Caio Iulio Cæsare.

**T**errimum bellum illud inter Cæsarem & Pompeium, quod perpetuum vniuersæ rei publicæ Romanæ exitium peperit, ex leuibus admodum causis occasionem sumpsit, idque vel ex sola inuidia non tam Pompei, quam hominum priuatorum in Cæsarem, qui eas prouincias affectabant, quas habuit Cæsar. Occasio autem belli sic cœpit: Cæsar quum in Gallia esset, optabat sui absentis in consulatu designando rationem haberi, nam ut hoc fieret, vehementer eius intererat. Etenim si Romam redisset alienus à cōsultatu, in animo habebant complices aduersarij opprimere eum, & efficere, ut Roma in exilium pelleretur. Atqui vero effecit Cæsar subsidio Tribunorum plebis, ut consulatus dignitas ei promitteretur, id quod & ad sensu Pompei consulis factum est. Cæterum quum iam tempus esset designandi consules, subornarunt quidam, ut opponeret sese Senatus, neque permitteret Cæsarem consulem creari, & pertrahebant hi in sententiam suam Pompeium, & expulerunt Tribunos plebis, qui ad Iulium profugiebant. Porro ubi sensit Iulius insidias & oppressionem sibi intentari, obstinate factam sibi promissionem urgebat, & postulabat consulatum: præterea Tribunos



bunos plebis in suum locum restitutos volebat. Interciderunt in hanc controuersiam consultationes variae. Adducebat Marcus Cicero equissimas rationes, quæ utrique parti tolerabiles erant. Voluit enim Cæsarem & Pompeiũ exercitus dimittere, atque ut Pompeius in Hispanias proficisceretur, quemadmodum statuerat, & Cæsar simulatque dimississet exercitum, consulatu fungeretur. Consensit in hæc consilia Iulius, sed Pompeius recusauit. Itaque cum instructo exercitu Romam venit Cæsar, fugiens Pompeius quanta potest manu itidem exercitum parat, verum occupat Cæsar Italiam & Hispaniam, & sequutus est Pompeium in Græciã usque. Et quanquam adhuc pacis sancienda conditiones non detrectaret Iulius, sed sponte etiam offerret, tamen non desistit respondere Pompeius: non recepturum se pacis leges, priusquam videret amputatum Iulij caput adferri. Id vero quum audisset Cæsar, vehementer est commotus. Etsi enim iustiorẽ causam habebat Pompeius, tamen maiori humanitate uti debuisset in tam preclarum principem, quæ pacis fœdera offerebat, & hoc solum querebat, ut tutus esset sine periculi metu. Itaque quum vidisset Cæsar ex necessitate sumendum esse consilium, inuasit Pompeium, & prostravit eum. Pompeius in Ægyptum profugit, ubi à iuniorẽ rege Ægypti, cuius patrem ipse in regnum constituerat, per insidias occisus est. Postea Cæsar occupauit Asiam & Africam pariter, adeo ut in summa potentia totum Romanum imperium solus teneret. Tanta hæc immutatio reipublicæ Romanæ & calamitas ex leuissima occasione initium cepit. Nam hoc bellum & summis & inferiorum hominum ordinibus luctuosum fuit. Habent enim historię supra trecenta millia hominum cæsa esse in hoc bello: ciuili.

INITIVM QVARTÆ  
& vltimæ Monarchiæ, nempe  
Imperij Romani,

Julius Cæsar.



Anni termille, octingenti, nonaginta  
septem post creatum mundum.

Anni septingenti sex post condi-  
tani urbem Romanam.

Antis quadragintaseptem ante  
natum Christum cœpit primum Romana Mo-  
narchia, quum consul Julius factus est, & bellum  
aduersus Pompeium, de quo diximus modo, ex-  
ortum est. Durauit id bellum annos quinque, nam  
mortuo Pompeio negotij adhuc multum resta-  
bat Iulio in Ægypto, Asia & Africa conficiens  
dum, vbi seipsum interemit Cato, & in Hispania,  
vbi & ex Pompei filiis vnum occidit. Ceterum  
constabilita iam in omnibus regionibus pace, re-  
uersus est Romam Iulius, idq; mense Octobri, &  
postea Idibus Martiis à Cassio et Bruto eorumq;  
complicibus in Senatu confossus est. Itaq; regna-  
uit Iulius in pace non amplius mensibus quinque,  
& intra id tempus in toto imperio Romano an-  
num iuxta solis cursum curauit ordinari. Adduxit  
etiam ex Ægypto Mathematicum secum insignē  
& peritissimum, & primus autor fuit, quod disci-  
plinę Mathematicæ in Italia colebantur. Et hæc ip-  
sa ordinatio anni, quę commoda est, quæq; hodie  
adhuc vtimur, à Iulio primum est inchoata: Porro  
q̄ inhoneste & crudeliter planē egerint interfe-  
ctores Iulij, id clare ex rebus gestis eorum appa-  
ret. Etenim Cassius & Brutus vna cum suis sociis  
Pompei partes fuerant sequuti, ceterum clemētia  
Cæsaris recepti in urbem, in pristinam suam dig-   
nita

ritatem, & possessionem bonorum erant restituti. Nam quid multis dicam? nunquā habuit orbis perinde potentem principem, qui post victoriā maiori clemētia erga hostes suos, qui vltro se dederunt, vsus est. Nunquā erga quenquā insignē irā declarauit, nisi in acie, vbi id pugnandi necessitas requirebat, quum tamen ante eum Marius & Sylla nunquā Romę etiam pacis temporibus a latrociniiis exercendis temperassent. Atqui nihil horū in se admisit Iulius, imō etiam clarissimos quosque in republica, qui Pompeio adhibebant, vltro in gratiam recepit, neque quicquam illis eripuit. Quin & veram rationem in administranda republica, quę collapsa erat per seditionem, reduxit, eamque non minori prudentia restituit, quam autoritate seruauit. Id vero quanta res fuerit, vel inde potest aestimari, quod in tumultibus ciuicis iudicia, leges, & omnem modestiam morum videmus dissipari. Fuit sane Iulius inter fortissimos illos heroes vnus, qui pre aliis hominibus maximis a deo virtutibus exornati maxima imperia administrarunt. Ad hec possibile non erat mortuo Iulio pacem publicam diu retineri, nam alius nemo erat, qui post Iulium eam vel auctoritatem, vel potētiā haberet, vt solida vi tranquillitatem imperij conseruaret, nā ad eam retinendam in magnis regnis, magna & singulari quadam potentia opus est. Proinde & ipse dixisse fertur, non vereri se suę vitę causā, sed casum suum exitialem Reipublicę & imperio esse futurum.

At nihil horū a nefario instituto repressit eos, a quibus per coniurationem occisus est. Primus huius sceleris autor Cassius fuit, idque ex inuidia solum, quod per Casarem eas prouincias habere non dabatur, quas adfectabat. Brutus ingenij vehementem

## DE QVARTA MONARCHIA

hementis vir erat, ideoq; huius facinoris focitū se fieri facile permisit, hanc speciē pretextens, q̄ inhonestum esset Senatui Romano, superiorem se in imperio dominum ferre. Item Cæsarem etiam tyrannum esse, et licere honeste occidere Tyrannos Argumentis huiusmodi tam absurdis, quę sępe iuvenes & imperitos homines in similibus caullis decipere solent, inflammatus est Brutus, nam sine eius subsidio nihil effecisset Cæsius. Summa hæc est huius historiæ. At facinus tam immane nō diu inultum permisit Deus, nam quotquot conspirauerant in necem Iulij, non diu post & ipsi sunt trucidati. Cæsar natus erat, quū interficeretur, annos sex supra quinquaginta, et imperauit annos quinque, & huius temporis initium cepit à consulatu, in quo aduersus Pompeium bellum sumpsit. Exordium hoc est Romanę Monarchiæ, quam horribiliter plane in Daniele depinxit Deus, testaturque multo grauius ab ea opprimendum orbem, q̄ vniquam antea. Item in hac Monarchia venturum Christum, & ideo vltimam Monarchiã esse futuram. Nam hæc omnia prædicta sunt diuinitus, ad confirmandam fidem priorū de certitudine aduentus Christi, præterea quoq; vt cognosceretur, mundum hunc non fore sempiternum, sed periturum aliquando esse, & puniendos impios, pijs vero expectandam esse à Deo vitam aternã. Equidem arbitrator huc quoque pertinere oracula illa vatum gentilium, & sententias Sibyllinas de perpetuitate Romani imperij, quale illud est apud Vergilium: Imperium sine fine dedi, quę videtur hinc nata esse, q̄ testatur scriptura, Romanum regnum vltimã fore Monarchiã in terris, quanq̄ interim docet quoq; scriptura, et hanc Monarchiã collapsuram, tamen partem eius duraturã semper,

in qua

In qua & Imperatorium nomen, & Cæsarea subli-  
 mitas permanebit vsque in finem mundi. Cogno-  
 scenda hæc sunt, vt certo sciamus hoc imperium  
 eueri non posse, id quod & historiarum exempla  
 testantur. Etenim postquam imperatoria Celsitu-  
 do ad Germanos translata est, passum est hoc regi-  
 num multos insultus, & sepe debilitatum est, ceterum  
 nullius potentia adhuc potuit deleri, sed siabi-  
 le semper perstitit, seque subinde restaurauit. Habu-  
 it enim nunc parum potentes, nunc rursus fortissi-  
 mos & potentes imperatores. Considerare hæc  
 in historiis plurimum refert, vel ad voluntatē dei  
 in huiusmodi euentibus recte cognoscendam.

Augustus.

**M**ortuo Iulio ingētes motus exorti sunt Ro-  
 ma, Marcus Cicero ad pacem faciendam cō-  
 suluit in hunc modum, ne qua vis postea fautori-  
 bus Iulij fieret, & ne illi quoque, à quibus consola-  
 tus erat Iulius, versarentur amplius in periculi metu  
 sed omni in posterum discordia sopita vtrinque  
 perpetuæ communiq; paci consulerent, nō aliter  
 atq; apud Athenienses olim à Thrasibulo concor-  
 dia constituta est, quam ἀμυνσιὰν vocabant, hoc  
 est, vt vtraq; pars acceptam iniuriam mussitaret,  
 & neuter alteri vllam postea vim inferret. Huma-  
 niter admodum & comode à Cicerone prospe-  
 ctum id est & consultum, sed durare cōcordiæ ini-  
 tæ leges diu non potuerunt. Nam quum postea  
 quisque dominari vellet, necesse erat factiones ex-  
 oriri. Senatus contra Antonium ad se pertraxit  
 Octauium Augustum. Nam Antonius regnum  
 adfectabat. Ceterum milites conspiratione facta  
 aduersus Senatū multos ex principibus vrbis tru-  
 cidarunt, inter quos & Cicero truncatus est. Im-  
 perium autem penes vnum Octauium Augustum  
 K mansit,

## DE QVARTA MONARCHIA

mansit, qui Iulij cognatus erat, nam Iulia soror Iulij Accium Balbum habuit maritum, porro horum filia Accia erat, cuius maritus Octavius fuit, ex his prognatus erat Octavius Augustus, quem Iulius adoptauerat, vnde et Cæsaris cognomento appellatus est, & mansit postea semper hoc nomē apud posteros, perinde quasi cum ipso successionis iure in ipsum genus Cæsarium transirent, quemadmodum fieri solebat, quando successores primum ad optari cœperunt. Neque vero imperij nomine primum dictus est Cæsar Iulius, sed multis iam antea ex eius genere cognomentum hoc inditum fuit. Scribunt enim grāmatici veteres & recepti, Cæsaris vocabulum à nomine cæsaries, quod præclaros & insignes capillos significat, deriuatum esse, & hinc primum contigit hoc cognomentum Iulii, quod vnus aut alter fortasse ex eo genere insignē capillum habuit.

Porro Augusti appellationem Senatus addidit Octauio propter successum & foelicitatē eius in rebus gerendis. Augustus enim ab augurio deducitur, & fortunatum significat, atque adeo quem secundat Deus foelicibus signis. Tribuitur hoc epitheton recte summo Monarche orbis: nā potestati ciuili adest Deus, & administratio imperij donum & ordinatio Dei est.

Imperauit Augustus annos quinquaginta sex, verum duodecim primos annos solus non administrauit regnum. Nam iuuenis, non amplius annos nouemdecim natus, susceptus in imperiū, creatus est consul, quod adhebebat Senatui, à quo designatus est consul in inuidiam Antonij. Ceterum milites inter se consentientes opposuerunt se Senatui, & eius factioni, verum quum diuturna esse non posset hæc concordia, coactus est postea Augustus

Augustus etiam in socios ferrum stringere, atque ita vniuerso imperio solus potitus est. Postquam autem pacē constabilitum esset regnum, summa in rebus omnibus moderatio ne vltus est, & vniuersum impetium honestis legibus & statutis confirmauit, adeo quod & ipsum dixisse ferunt: Regnum sempiternum fore, si ordinationes illæ non tollerentur. Sed quid multa? recensetur Augustus inter omnes sapientes & moderatos principes facile primus,

# LIBER III.

QVI CONTINET TEM-  
pus à nato Christo,



Vpræ in exordio huius libri distinximus tota hæc Chronica, et tempora mundi in tres partes, idque iuxta sententiam Eliæ, vt facilius & maximæ mutationes rerum in orbe, et certius temporum ordo cognosceretur. Quin etiam, ne id ignoraremus, non longe hunc abesse consummationem mundi. Atqui absoluimus modo propemodum quatuor millia annorum, & ferè sub id tempus natus est Christus, quod prædixit Elias propheta. Iam vero in hoc tertio libro, tertiam partem sententiæ Eliæ similiter tractabimus, & ab ea hunc librum exordietur. Et quæ non aberit Elias in ordine annorum, facile sanè perspicere potest; nam Christus Dominus noster deus & ho-

## DE QUARTA MONARCHIA

mo verus commodum natus est in hanc vitam ex virgine Maria anno secundo supra quadragesimū imperij Augusti, & fuit hic annus à mundo condito termillesimus nongentesimus quadragesimus quartus. Iam vero quod ad exactam supputationem annorum attinet, desyderatur aliquid in numero annorum, nam quater mille anni completi nondum sunt. Sed adiecit propheta: Deum ante uorsurum, & maturaturum esse aduentum, ut rerum omnium finis esset vicinior. Ceterum que de natiuitate, passione & resurrectione Christi cognoscenda sunt piis, ea omnia ex Euangelistis petenda sunt. De tempore autem quo passus est, & à morte resurrexit Christus, item & quomodo Euangelium promulgatum sit in orbe, & quo pacto denique Ecclesia sancta in vniuerso mundo coeperit, postea his adiungemus.

### De Germanis.

**A**ugusti temporibus primum à Romanis tentati Germani sunt. Tiberius & frater eius Drusus cum exercitu in Germania superiori fuerunt, & eos fines inuaserunt, qui iuxta Rhetos & Vindelicos sunt. Ceterum regiones eas non plane subegerunt sub suum imperium. Rheti sunt qui Eni fluminis vallem inhabitant, Tyrolis Bregetium vsque, Campodunum, & infra vsque Nordlingium, vbi etiam nunc restat nomen Ries. Vindelici, sunt Augusta & superior Bauaria. Drusus descendit Moguntiam vsque, & inde non procul a sefectus malo quodam periit.

Sub idem tempus presidia Romanorum Cossionia collocata in Westphaliam & Saxoniam impetum fecerunt. Erat autem Saxonie dux Hermannus dictus, quem historici Arminium vocant, in Cheruscis princeps. Sunt autem Cherusci proprie



præ Herciniæ sylvæ incolæ, ab ea parte, quæ infra circa Wesurgum ad urbem Bremam vsque protenditur. Et meo quidem iudicio id Cherusci est, quod vulgo Hertzische dicunt nostri. Arminius hic præter expectationem oppressit Romanos, et fudit eorū circa 21. millia: præterea ingentes quoque copias sociorum populi Romani, qui tum militiâ cum Romanis exercebant.

Quintilius Varus dux Romani exercitus sibi ipsi gladio mortem conscivit. De pugna cõmissa exacte Tacitus scripsit, nimirum inter Luppiâ & Amisiam fluuios, hoc est, sub Castella oppido nõ longe ab vrbe Westphaliæ Padeborna. Sic enim inquit Tacitus: Quantumque Amisiam & Luppiâ amnes inter, vastatum haud procul Teutoburgensi saltu, in quo reliquæ Vari legionum, eoque insepultæ dicebantur. Porro ea strages non minorem metum atque terrorem incussit populo Romano, quàm quum Cimbri Italiam depopulabantur. Etenim timebant Romani, ne Arminius armata vi imperiū Romanum inuaderet, & Romam vsque perveniret. Augustus periculi magnitudine adeo angebatur, quod mandarat omnes ubique in armis esse. Lachrymans etiã & magno eiulatu sæpe clamasse fertur: Quintili redde legiones. Ceterum pulsus ab Arminio Romani ex Saxonia, effecerunt, ut à vicinis bello peteretur Arminius. Erant hi tum Suevi & Bohemi ad Albim fluuium habitantes, sed hi quoque victi sunt ab Arminio, et occupatis regionibus eorum habuit Westphaliã, Herciniã, Saxoniam, Marchiam, Misiam, & Bohemiam. Imperavit circiter annos duodecim, & tandẽ per insidias suorum oppressus est. Sed hæc de Augusto temporibus satis.

## DE QVARTA MONARCHIA

Tiberius tertius Cęsar.

Anno mundi 3960.

Anno Rome 769.

Anno Chriffti 16.

**E**tsi post Augustum multi præclari imperatores fuerunt, (nam quū deus seruat respublicas, donat quoq; eiusmodi homines, qui apti sunt rebus magnis gerendis) tamen interim subinde inciderunt principes dissoluti & prauī, vt quidā festiuo ingenio vir verissime videatur dixisse: Omnium bonorum principū imagines in vno annulo posse exculpi. Atqui summopere vtile est in historiis proposita cernere malorum principū exempla, vt ex pœnæ terrore qua puniti sunt, iram dei metuamus. Tiberius Augusti filius non fuit, sed mortuis veris heredibus Augusti, adoptauit Tiberiū Liuiæ filiū quę nupserrat iā Augusto, & quia fuit Tiberius miles strenuus, vsus eo semper est Augustus imperatoris loco. Tiberius hic primus Cęsar fuit cui se dedit Senatus Romanus, regnavit annos vigintitres.

Anno decimoquinto Tiberij egit Christus dominus noster annū suę ætatis trigessimū, & hoc anno baptizatus est à Ioanne Baptista, & auspicatus est prædicationē Euangelij sui, pœnitentię, & remissionis peccatorum, ac vitæ æternę. Fuit hoc à mundo condito anno. 3975. Anno vero trecentesimo & quadragesimo post initium Monarchię Alexandri. Adde vsq; ad secundum Longimani annū centum quadragintaquinque annos. Habes itaque quadringentos octogintaquinque annos, atq; hæc sunt sexaginta nouem hebdomadæ, de quibus à Daniele dictum est, id quod prolixius à nobis tractatum est supra.

Anno decimo octauo Tiberij Christus serua-

tor noster crucifigitur, moritur, & tertia die a morte resurgit. Porro post resurrectionē mandatum apostolis suis dedit, vt per vniuersum orbē Euangelium prædicarent, id quod auspiciati sunt facere statim, vbi in die pentecostes spiritum sanctum de cælo acceperunt post ascensionem Christi visibilem in cælum.

Est itaq; verbū dei & spirituale regnū adeoq; Ecclesia credentium seu populus Christianus iam non solum in Iudaico regno, sed in vniuerso orbe vbi ab apostolis prædicatur Euangelium, & quo scripta ipsorū deferuntur. Nam promiserat Deus operaturū se per prædicationē verbi, proinde vbi docetur verbum, ibi necesse est esse aliquos, qui pertinent ad regnum Christi, in quo dominatur, & operatur Christus, iuxta illud: Ego ero vobiscum vsque ad consummationē seculi. Huic autem Domino Christo seruatori nostro & deo vera laus, gloria, & gratiarum actio debetur in sempiternum. Amen.

Iam vero reliquum est, vt porro ostendamus, quā ingētes et graues insultus passa sit Ecclesia Christianorū, cum per externas hostium persecutiones, tum per hereticos maxime, qui subinde Ecclesie concordiam impiis dogmatibus misere discerpserunt, id quod longemaiorē cladem et contemptū attulit Ecclesie, quā vllę externe persecutiones.

Anno decimonono Tiberij post resurrectionē Christi lapidibus obrutus est Stephanus primus martyr, & eodem anno Paulus ad fidem conuersus est, id vero contigit

Anno mundi 3983.

Anno Romę 792.

Anno Christi 39.

K 4

Caſus

## DE QVARTA MONARCHIA

**C**Aius Caligula quartus Cęsar, regnauit annos tres & menses decem, vita dissolutissima fuit: omnibus sororibus suis nefando concubitu stuprum intulit, tandem domestica coniuratione a p̄fecto sui exercitus trucidatus est. Caligula hic imaginem sui in templo Ierosolymitano collocari iussit vt adoraretur, id quod & a Daniele p̄dictum erat: Quum videbit Israel idolum in tēplo collocatum, tunc finis prope erit: contigit id

Anno mundi 3987.

Anno Romę 796.

Anno Christi 43.

**C**laudius Imperator quintus, regnauit annos tredecim & menses nouem: veneno necatus est. Secundo anno Claudij Petrus apostolus Romanam venit, qui annos aliquot antea Antiochię p̄dicauerat: & hic initium sumit Romana ecclesia.

Anno 44. post natum Christum.

Anno 3988. post creatum mundum.

Anno 797. post initium cōditę vrb. Ro.

Anno mundi 4000.

Anno Romę 809.

Anno Christi 56.

**N**ero sextus Cęsar regnauit quatuordecim annos. Principio honeste vixit annos quinque, postea ob intemperantiam morum & tyrannidē flagitiosissimus fuit. Matrem suam & coniugem, & p̄terea multos p̄claros viros, inter quos & Seneca fuit, occidit. Tandem deficientibus ab eo p̄fectis suis, quum quęreretur a Senatu Romano ad supplicium, fugiens seipsum interfecit, priusquam a militibus inueniretur, idq; contigit anno atatis eius trigesimo secundo. Atqui regnum Romanum prorsus nunc a posteris & cognatis Augusti atq; Liię translatum est.

Nero

Neronis temporibus Diuus Petrus crucifixus est Romę. Post eum Linus Papa factus est, & postea capite truncatus est Apostolus Paulus. Et si supputes annos Pauli, prædicauit Euangelium citra annos trigintaquatuor.

Temporibus Neronis apparuit cometa menses sex, præter morem cometarum, qui tanto tempore videri non solent. Antea quoque sub Claudio visus est cometa & soles tres, qui haud dubie portendebant, tres propter principatum imperij breui concertaturos. Equidem ad eundem modum arbitrarentur ingentem cometam illum significasse, non solum seditionem, sed immutationem in toto imperio Romano, & in primis lamētabile excidium regni Iudaici.

Sergius Galba, Otho, & Vitellius.

**I**nter hos tres cōcertatio fuit ob imperium post obitum Neronis. Cæterū Galba insidiis Othonis in foro Romano iugulatus est. Postea in Germania ab exercitu Vitellius imperator creatus est, & copias aliquot in Italiam transmisit, quibus obuiam profectus Otho, quatuor cum illis pugnas commisit, ter victor extitit, sed in quarto prælio fusus est eius exercitus. Et quanquam vltro ad eum confluere milites, tamen bellari diutius nō volebat. Etenim dixisse eum ferūt, se publicam pacem priuatę suę vitę & glorię anteponere, & quartō mense post mortuū Galbam, seipsum pugione interfecit. Interea in Oriente à militibus Imperator creatus est Vespasianus: misit is exercitum in Italiam, à quo Vitellij copię fusę sunt. Inde tumultus exorti sunt Romę, & captus Vitellius religatis post tergū manibus, & laqueo ceruicibus iniecto, in luto per plateas distrahitur, & tandem, vt commeruerat, occisus est. Nam talis erat, qui ferocis be-

## DE QVARTA MONARCHIA

stia magis q̄ hominis appellationem merebatur;  
Primus hic tumultus fuit, qui propter electionem  
in imperio post Augustum contigit.

Anno mundi 4016.

Anno Romę 825.

Anno Christi 72.

**V**espasianus septimus Imperator regnavit annos nouem. Vir fuit sapientia & honestate clarus, & dignissimus imperio princeps. Nam quum Caligula, Claudius & Nero nō solum omnem intemperatiam supra modum in aliis tolerassent, sed ipsi etiam exercuissent, hic contra Romę modestię disciplinas, & honestas leges restituit. Auxit quoque non mediocriter imperiū omnis generis com meatu & in prouinciis necessaria subsidia recte disposuit. Pręter hæc & medicis, et aliarum artium professoribus stipendia publica constituit Romę.

De vltima deuastatione Ierusalem.

**S**ecundo anno Vespasiani Titus Vespasiani filius obsidere cępit urbem Ierosolymitanā, quā pascha celebraretur mense Aprilis, & postea diripuit atq; exussit mēse Septembri, Interea autem temporis tanta calamitas fuit in vrbe prę fame seditio nibus, & intestinis cędibus, quanta nunquam vlla in ciuitate fuisse legitur. Matres prę magnitudine famis coxerūt proprios filios, sed frustra, nam eos milites per vim auferabant & deuorabant, & matres interim inedia perierūt. Extiterunt multi, qui sibi ipsi mortem intulerunt. Scribit Iosephus fuisse in vrbe circiter decies centena millia hominum. Nam quū pascha esset, magna admodū in urbem multitudo conuenerat. Ad hæc quoq; qui in pagis passim habitabant per totam Iudæam confluxerāt simul in urbem Ierosolymā, non alia de causa, nisi q̄ propugnaculo tam munitę ciuitatis certissimā

sibi salutis spem promittebāt. In tam ingenti multitudi-  
 ne hominū maxima propemodū pars fame,  
 peste ac gladio periit. Titus sedecim millia Alexan-  
 driam misit, ad seruilia opera faciendā, nō aliter at-  
 que mancipia. Duo millia secum abduxit, quos in  
 triumpho ostentauit, & in spectaculis publicis fe-  
 rocibus bestiis lacerādos obiecit. Sed quid multa?  
 nullius hominis oratio satis esse potest ad tantā ca-  
 lamitatem exprimendā. Voluit enim deus nouū  
 quoddā & singulare exemplū proponere homini-  
 bus, in quo cerni posset magnitudo irae diuināe ad-  
 uersus cōtemptores pietatis. Etenim ferreū planē  
 & adamantinū pectus esse oporteret quod ad hor-  
 rendum adeo exēplum non expauesceret. Est autē  
 omnino expēdendū in hac historia, q̄ si nulla erga  
 hunc populum clementiā vsus est deus in punien-  
 do propter impietate, quem sibi peculiarem voca-  
 uit, quicq̄ ex tam sanctis & magnis patribus ortus  
 erat, multo minus gentibus parceret. Et dum hec mi-  
 natur deus, etiā misericordiē & beneuolētiē diuinę  
 significationem in eodē hoc exēplo declarat, nimis  
 rum vt non dubitemus post euersum Iudaicum re-  
 gnum, nos qui gentes sumus reuera populum ele-  
 ctum, & filios dei esse, si vere in Christū credimus.

Cōtigit hec deuastatio Ierosolymę anno secun-  
 do Vespasiani, id vero fuit post natū Christū an-  
 no septuagesimoquarto, post passum Christū an-  
 no quadragesimo. A condito vero mundo anno  
 quater millesimo decimo octauo. Et steterat hoc  
 templum post secundū Longimani annum, quin-  
 gentos, vigintis sex annos.

Portenderunt hoc excidium multa horribilia si-  
 gna, quę referre nos breuitatis studiū nō sinit. To-  
 tō ferme anno supra templum ardēs gladius visus  
 est. Id vero ideo adiecimus, ne quis temere con-  
 temnat

## DE QVARTA MONARCHIA

temnat signa, quę diuinę indignationis testimonia  
 p̄ferunt, quibus ad p̄nitentiam inuitamur, vt  
 vel auertatur, vel mitigetur diuina ultio, id quod  
 ex misericordia Niniuitis diuinitus contigit.

Anno mundi 4025.

Anno Romę 834.

Anno Christi 81.

**T**itus octauus Cęsar regnauit annis duobus,  
 Vespasiani filius fuit, p̄ditus omni genere  
 heroicarum virtutum, quare commēdatus ab om-  
 nibus nominari solebat: Amor & delicia humani  
 generis. Porro quum sensisset machinari quosdā cō-  
 tra se, vt Cęsaream dignitatē consequerentur, eos  
 amice moneri iussit, vt ab inceptis huiusmodi ab-  
 stinerent, nam ea in re omnes conatus vanos esse,  
 & imperiū dei donū esse, & illi cōtingere, cui ipse  
 largiatur, aliud nihil in eos tentauit asperius. Titus  
 obiit, vt quidam putant, veneno necatus.

Post mortuum Linum tertius Papa factus est  
 Anacletus.

Anno mundi 4027.

Anno Romę 836.

Anno Christi 83.

**D**omicianus. ix. Imperator, Titi frater, regna-  
 uit annos quindecim. In Germania bella gese-  
 fit, & potissimū quidē contra Catos, quos hodie  
 Hellos appellamus. Incredibili intēperantia & ty-  
 rannide magna vsus est Romę, quam obrē occisus  
 est tandē. Expulit ex vrbe Roma Mathematicos  
 et philosophos, persequutus est Christianos, eosq̄  
 morte affecti Neronis exemplo.

Anacleto mortuo, Papa factus est Clemens hu-  
 ius nominis primus.

Anno mundi 4041.

Anno Romę 852.

Anno



Anno Christi 99.

**N**erua. x. Imperator regnavit annum vnum & mēses quatuor. Adoptavit Traianū, qui tum in Germania dux erat apud Colonienſes. Obiit Nerua annos. 68. natus;

Anno mundi 4044.

Anno Romę 853.

Anno Christi 100.

**T**raianus. xi. Imperator regnavit annos. 19. & mēses ſex. Primus hic inter alienigenas imperatores fuit, erat enim non Italus ſed Hispanus genere. Probitate adeo ſpectata fuit, q̄ poſtea ſemper quoties imperator deſignabat, publicis votis optari ſolebat, vt ſœlicitate Auguſtū, & probitate Traianum adæquaret. Quū præfectū prætorio deſignaret, gladium ei in manum porrexit, hæc verba ſubiiciens: Vtere hoc gladio aduerſus hoſtes meos in iuſtis cauſis. Sin minus iuſte egero, tum in meipſum ſtringito gladium. Nunq̄ amplius patuit regnum Romanum atq; Traiani temporibus, & præter exempla Cęſarum reliquorum vnus latiffime Orientales regiones occupavit. In Hungaria & Germania maxima bella geſſit.

Traiani temporibus Ioānes apoſtolus, qui pulſus erat à Domiciano, Ephesum rediit ex Pathmo iſula. Si annorum numerum reſpices, reperies do- cuiſſe Ioānem plus q̄ annos ſexaginta. Deus bone, quantas calamitates vidit Ioannes tanto tempore, inter quas vel maxima fuit, excidium patrię ſuę vt bis Ieroſolymitanę, vt interim prætereā, q̄ grauitur cum multis iisque peruerſis hæreticis depugnarit. Etenim legitur, veniſſe aliquando in balneum Ioannem, & reperiſſe Cherinthum hæreticum vna cum ſortio ſuorum ſedentē, inter quos Cherinthus acerrime diſputabat, impudenterque blaſphe-

mus

## DE QUARTA MONARCHIA

mus negabat Christum deum esse. Atque surgens Iohannes, monuit amicos suos, qui assidebant, ut una secum abirent, nam non velle deum amplius ferre blasphemias tam impudentes. Ilico vero quum egresus esset, collapsa domus Chierinthum cum sua co-horte extinxit. Exemplum horrendum est ire diuine in eos, qui manifesta impietate nomen dei blasphemant, quod illos non pariat tandem inultos.

Mortuo Clementi successit quintus papa Euaristus.

Euaristo defuncto sextus papa Alexander primus huius nominis factus est.

Sub Traiano multi Christianorum afflicti sunt. Ceterum decretum postea est, ut non protraherentur in iudicium, nisi accusarentur publice prius, & tum poenas darent, atque id contigit Plinij beneficio. Perit Traianus profluvio ventris.

Anno mundi 4064.

Anno Romę 873.

Anno Christi 120.

**A**drianus .xij. Cæsar annos viginti regnavit, adoptatus est à Traiano. Princeps magnę prudentiæ fuit, non bellis gerendis Traiani exemplo, sed publicę paci quacunque occasione studuit, atque hoc modo in optimam formam imperium restituit, quare & summam apud omnes laudem meruit. Post Augustum non fuit alius Imperator utilior Romano regno, atque hic Adrianus. Astronomiæ eruditissimus fuit, & quotannis sibi ipsi prognosticon conscribere solebat. Indoctos literarum professores exautoravit, sed suis beneficiis aluit interim ne egerent, & eruditos ac utiles ad docendum in locum eorum suffecit. Bibliothecas quoque insignes instruxit: in utraque enim lingua eruditissimus est habitus.

Adriani temporibus regnum suum restaurare coeperunt

perunt Iudei, Messia etiam quodam ex suis reper-  
to, sed vicit eos Adrianus, quanquam non sine ma-  
gno negotio. Postea Ierusalem iussit reparari, & à  
suo nomine Eliam dici.

Christianis grauer primùm aduersatus est, &  
adfligi eos præcepit, sed postea quū eruditi quidā  
Christiani libellos scripsissent ad Cæsarem, qui eti-  
amnum hodie extāt, commotus est, ac iussit nemis-  
nem deinceps religionis causā comprehendī.

Alexandro successit septimus pontifex Xistus  
primus huius nominis.

Post Xistum successit in Papatu Thelesphorus  
octauus, hunc ferunt autorem fuisse ieiunij quadra-  
gesimalis.

Anno Christi 140.

**A**ntonius Pius. 13. Imperator, adoptatus est ab  
Adriano, regnavit annos. 23. & tanta quidem  
modestia ac studio pacis, q̄ sepe fertur dixisse: Ho-  
nestius esse à Cæsare vnum ciuem seruari, quā mil-  
le hostes occidi.

Thelesphoro successit Higinus nonus ponti-  
fex. Higinio Pius. 10. Pio vndecimus  
Anicetus.

Anno Christi 163.

**M**arcus Antonius philosophus. 14. Imperator  
regnavit annos. 18. Is cum fratre Lucio Vero  
æquo iure administrauit imperium, & duo hi pri-  
mum simul imperatores fuerunt. At Verus non  
multo tempore vixit in imperio, Marcus & virtu-  
te & eruditione iuxta fuit insignis. Bella quoq̄ ges-  
sit in Germania, cōtra illos qui Morauiam & Siles-  
siam inhabitabant, & aduersus Vandalos quoque.  
Multas præclaras leges conscripsit que adhuc extāt  
in Pandectarum libris, integros quoq̄ libros ædi-  
dit, quos vidimus nos.

Porro

## DE QUARTA MONARCHIA

Porro huius temporibus Ptolemaus astronomus vixit, cuius merito hic mentionē facimus. Nā deus voluit tam insignes disciplinas per hunc vnū virum vsq; in hęc nostra tempora cōseruari. Neq; vero Ptolemęus hic rex erat, nam tum desit Ægyptus habere reges, sed in Ægypto apud Alexandri nos philosophus erat. Ornauerat enim deus mathematicis disciplinis Ægyptū iam inde ā Iosephi Iacob patriarchę filij temporibus, per quē eas primū accepit Ægyptus, & retinuit vsq; ad hūc Ptolemęum, id vero est circiter duo millia annorum. Nam primum Alexander, deinde & Romani summo in pretio habuerunt Ægyptum hoc nomine, & ne perirēt tam preclarę artes, maximos sumptus impenderunt ad cōseruandā scholam, quę tum demum extincta quoq; est, quando translatum ā Romanis regnum Ægypti, ā Mahomete misere desolatū est. Cęterum vt reliquię saltem aliquę restarent artium tam necessariarū, voluit haud dubie Deus per hunc virum eas veluti in ordinem redigi, vt cōseruarentur apud posteritatem, quo nomine summe ā nobis gratię debentur deo. Mahometistę vero quā nihil habeant in se dignum humanitatis vocabulo, imō vero q̄ bestię magis, quā homines dici mereantur, vel inde apparet, q̄ tam vetustum gymnasium, quod iam supra duo annorum millia floruerat, cōseruatum ā tam preclaris principibus, in quo omnis generis sapientia & disciplinę non sine summo beneficio diuino tradebātur, aboleri & perire volebant.

Aniceto successit. 12. pontifex Soter, ā quo statutum est despōsatos in matrimoniū publice coram ecclesia copulari.

Anno Christi 183.

Com

**C**ommodus. 15. Cæsar imperauit annos duodecim, & crudelitate planè Neronè adæquauit, Soteri successor in papatu Eleutherius fuit.

Anno Christi 195.

**E**lius Pertinax. 16. imperator regnauit menses sex. Confossus est à Juliano, qui Cæsareum nomen à militibus emit.

Anno Christi 196.

**D**idius Iulianus. 17. imperator regnauit menses septem, Iuris doctissimus fuit, occisus est à Seuerò.

Anno Christi 196.

**S**euerus. 18. Imperator regnauit annos octodecim. Hic variis periculis restaurauit collapsum imperium.

Eleutherij in papatu successor fuit. 14. Papa Victor. Victori successit. 15. Zephyrinus. Huius temporibus Origenes fuit, qui Alexandriae sacras literas professus est, huius libri postea reiecti sunt, & disputationes inutiles & allegorias superuacaneas inuexit. Postea receptum est vulgo philosophiam Platonis sacris literis immiscere, vnde plurima incommoda in ecclesiam irrepserunt. Nam Platonis philosophia planè remota est à cõmuni vsu, et contra Aristotelis philosophia pulchro & recto ordine constat, & si vere vsurpetur & intelligatur, plurimū sanè vtilitatis adferre potest Christianis qui eruditi sunt.

Anno Christi 214.

**A**ntonius Bassianus Caracalla. 19. Cæsar regnauit sex annos. Fratrem germanū suum Getam occidi iussit, nouerçę suę cõiugio copulatus est. Postulauit à Papiniano Iurisconsulto vt parricidium in fratrem admissum excusaret, ad quod respõsum à Papiniano est. Non perinde facile esse defendere

## DE QUARTA MONARCHIA

parcidium q̄ perpetrare. Quamobrem & occidi iussit Antonius Papinianum, qui dignus erat Iuris consultus haberi, nimirum qui iustitiæ & honestatis nomine vitę periculum maluit subire, q̄ factum inhonestum probare. Nō multo post tēpore quū vicissim quoq; occideretur Cæsar Bassianus, meritas suę tyrannidis pœnas dedit.

Zephyrino successit in pōtificatu Callistus decimus sextus pontifex.

Anno Christi 220.

**M** Acrinus. 20. Cæsar vna cum filio Diadumeno regnavit non amplius vno anno, & menses duos. Vterq; obruncatus periiit.

Anno Christi 221.

**V** Arius Heliogabalus. 21. imperator imperavit annos quatuor, nullam de se nisi fœdissimę bestię memoriam reliquit, tandem à militibus necatus est.

Anno Christi 225.

**A** lexander Severus. 22. Imperator, mater eius dīcta Mammea fuit, regnavit annos tredecim. Bassiani filium fuisse tradunt. Cæsar creatus est nō amplius annos. 12. natus, designatus per milites, & id ratum suo cōsensu Senatus fecit. Ob virtutis studium magnę eius laudes p̄dicantur. In rebus omnibus vnius Vlpiani Iurisconsulti cōsilio vsus est, & preter hunc vnum neminē solum ad colloquiū admisit. Id vero indigne ferebāt milites, vel ea potissimum causa, q̄ ex huius viri consilio à Cæsare in officio retinebantur durius. Et quum hoc nomine irruentes semel in eum mortem minitarentur, profluit Cæsar, & suum corpus periculis Vlpiani interposuit, & suo eum pallio texit, vt intelligerēt milites, salutem Vlpiani Cæsari curę esse. Insigne hoc erat virtutis imperatoris exēplum, quo significatur

beatatur clare, maximos principes vitam & corpus suum pro iustitia & equitate conseruanda postponere debere.

Callisto successit. 17. Papa Urbanus primus huius nominis, post Urbanum in papatum successit. 18. Pontifex Pontianus.

Anno Christi 238.

**M**aximinus. 23. Imperator regnavit annos tres. Is quum iuuenis esset, in Thracia pastor fuerat, postea militiam sequutus est, et ob inusitatam magnitudinem corporis, quam cum singulari audacia coniunctam habuit, eo sensim progressus est, quod Cesar ab exercitu sine omni autoritate Senatus electus est. Germaniam domuit usque ad Herciniam silviam, & superiorem eam partem usque ad Francos. Magnam tyrannidem exercuit, quamobrem & contra eum alios imperatores designavit Senatus Romanus. Et hoc nomine aliquoties inter ipsos Romanos pugne commisse sunt, in quibus iunior Gordianus trucidatus est, & natu grandior Gordianus laqueo sibi ipsi vitam abstulit. Postremo autem Maximinus una cum filio suo trucidatus est a militibus.

Antherus papa. 18. post Pontianum, creatus est.

Anno Christi 241.

**G**ordianus. 24. Imperator regnavit annos sex. Imperator a Senatu designatus est, una cum Pupieno & Balbino adversus Maximinum. Pupienus & Balbinus quum recusarent omnia indulgere militibus que postulabant, ab ipsis trucidati sunt Romanis, atque hac occasione Gordianus iunior imperio solus potitus est. Victoriā a Persis in Oriente reportavit, & plerasque vrbes imperio restituit. Ceterum quum inedia pateret exercitus, Philippus imperator factus est, cuius iussu trucidatus est Gordianus.

L 2 Gord

## DE QVARTA MONARCHIA

Gordiano imperatore facto tantæ magnitudinis Eclipsis solis contigit, q̄ interea dum durabas luminibus incēsis vti necesse erat. Quin etiam terræ motus fuerunt, quibus perierunt & vrbes non nullæ.

Anno Christi 247.

**P**hilippus. 25. Cæsar regnavit annos quinq̄. Genere Arabs fuit, multis annis exercitui præfuerat. Euexit hic ad imperij administrationem simul filium suum Philippum. Vterq̄ autem Decij opera interfectus est ob susceptum baptismum, et professionem Christiani nominis. Ita enim mutuis inter se cædibus seuerunt imperatores permittente deo, quod merito nobis metum terroris diuini incutere debet.

Anno mundi 4192.

Anno Christi 248.

Agitur sub horum imperio millesimus annus cõditæ Romanę vrbis, qui magnificentissima pompa ludorum secularium celebratus est.

In Papatu successit Anthero Fabianus. 19. Ab hoc ferunt baptismum insignitum Cæsarem Philippum, & fuisse Philippum inter Cæsares primū qui Christianam religionem professus est.

Anno Christi 253.

**D**ecius. 26. Imperator regnavit duos annos. Fuit non minus prudens princeps, quàm miles strenuus, filium quoque secum vna in imperium euexit, ambo cæsi sunt à Gotthis, postquā in Thraciam irruerant & deinde Hungariam versus sese conuerterāt. Etsi autem & antea quoq̄ cum Gotthis barbaris res fuerat Romanis, tamen hic libera initia historiæ Gotthorū auspicari. Etenim habuerunt tum exercitum circiter trecenta millia, & memorabile facinus perpetrarunt in Decio vincendo prin



do principe adeo strenuo. Sed deus vlcisci tandem voluit eam tyrannidem, quòd publico edicto proposito omnes Christi cultores necari iussit. Fabianum pontificè, & Cyprianū in Africā, & multos alios sanctos viros morte adfecit. Proinde Gotthi aliaq; peregrinę gentes irruptione facta totum regnum Romanum diuellunt, ob effusum sanguinè Christianorum. Et hæc futura esse vaticinata Sybilla est. At hæc clare quoque in Apocalypsi expressa sunt.

Fabiano successit. 20. Papa Cornelius, qui damnauit hæresim Nouatij de peruersa doctrina pœnitentię. Docebat enim post baptismū acceptum relapsos in peccatum redire ad salutem non posse, & errore hoc impio multos ad desperationē adēgit, & ecclesiarum concordiam dissipauit.

Anno Christi 255.

**V**ibius Gallus. 27. Imperator, regnauit annis duobus vna cū filio suo Volussiano. Decio enim occiso Gallus ab exercitu Cæsar salutatus est, postea à militibus ambo interfecti sunt.

Post Cornelium pontifex. 21. factus est Lucius.

Anno Christi 257.

**V**alerianus Cæsar. 28. præfuit imperio annos sex, in Germania superiori Cæsar ab exercitu electus est, & id senatus confirmauit. Erat enim ex nobilissima familia Romæ natus, & strenuum se in Germania gesserat. Tandem apud Persas à rege Sapore captus est, & in turpissima seruitute vixit. Erat enim rex barbarus tanta insolentia & inhumanitate, q̄ capto Cæsare selle loco vrebatur, & æquitaturus Valeriani prostrati tergum calcabat equum ascendēs, cæterum dignas vicissim pœnas dedit Sapore Odenato duci Romanorum.

## DE QUARTA MONARCHIA

**G**Allienus Valeriani filius. 29. Imperator vna cum patre Valeriano imperio præfuit, & post captum patrem regnavit annos novem. Eruditus in bonis artibus fuit, sed immodico luxu & crapula diffuens segniter administravit regnum, vnde plurimis regionibus sub eo diminutum est. Interea in Germania exercitus prefectus Posthumus erat, qui ob singularem in officio suo faciendo sedulitatem ab exercitu Cæsar creatus est. Cæterum quum copias suas misisset Gallienus cōtra Posthumum, paravit inter ceteros in expeditionem Francos, atque ex hac occasione primum omnium ad bellum concitati sunt Franci, qui postea etiam quum per insidias & proditorem periisset Posthumus, semper in armis manserunt, id quod & infra dicemus, quādo de Carolo tractatio incidet. Obiter autem indicare hæc volumus sub compendio, ne ignore possit lector, quæ occasio fuerit Francis, propter quam Romanis se opposuerunt primum, & eadē occasione postea & in Germania & Gallia facti sunt potentiores. Itaque ad hunc modum primum Gotthi cœperunt devastare regnum Romanum, postea Franci, ac deinde alij etiam populi, vt interrim taceam de ea clade, quæ à Persis orientibus est illata.

Anno Christi 272.

**F**Lavius Claudius. 30. Cæsar regnavit annos duos. Hic maximas laudes ob insignes & vere heroicas virtutes meruit. Quare simul ei à Gallieno ante obitum, deinde ab exercitu et à senatu pari cōsensu delatum est imperium. Incredibiliter contra Gotthos in Hungaria & Macedonia pugnavit, & victoria semper potitus est. Etiam Germanos, qui in Italiam irruerant, superavit, Restituit & Egyptum

ptum imperio. Verum inuiderunt fata vitam longiorem Claudio, fortasse q̄ indigni erant Romani tanto principe. Nam collabi iam debebat sensim imperium Romanum, quod nonnihil reparatum & restitutum est per Claudiū & tres ac quatuor alios successores eius. Ex genere huius Claudiū Constantinus Magnus natus est, id quod postea ostendemus.

Valerianus pontificem Lucium martyrio adfect. Successit illi in Papatu. 22. Stephanus huius nominis primus.

Stephani successor fuit. 23. Papa Xystus secundus huius appellationis. Xystum sequutus est. 24. Papa Dionysius.

Anno Christi 274.

**A**urelianus. 31. Cæsar regnavit annos quinque, & menses sex. Propter excellentes virtutes in re militari à Claudio ad imperium euectus est. Francos gravi pugna non longe à Moguntia vicit, postea & Gothos similiter in Illyrico. Ad hæc quoque in Oriente reginam Zenobiam superavit, quæ supra naturam muliebrem maximas res gessit, et magna bella intulit Romanis.

Meretur & inde non vulgarem laudem, q̄ in exercitu & inter milites modestiam & disciplinam militarem firmiter semper servatam voluit. Accidit enim ut miles per vim stuprum inferret hospitæ suæ, quod ubi rescivit Aurelianus, gravissimo supplicij genere adulterum puniri voluit, iussit artubores duas è summo curuari in terram vsq̄, & utriusq̄ ramis stupratorem adligari, ac deinde solutis magna vi iterum sursum tendentibus discerpi iuvenem. Fuit & hic Aurelianus acerrimus Christiani nominis persecutor.

## DE QUARTA MONARCHIA

De Manicheis hereticis.

**S**Tatim post predicatum Euangelium sectæ & dissensiones inter Christianos exortę sunt. Verum in hoc libello animus non fuit singulorum errorneas opiniones referre, tantum maximas hæreses volui commemorare, quę multas magnasq; regiones & vrbes infecerunt sua contagione, & conturbarunt, vt cognoscat lector pius, nihil in rebus humanis pestilētius esse praua doctrina, atq; adeo etiā omnes hæreticos seditionis cupidos esse, neq; adfectare aliud, quā vt errorem suum seditione & tumultu publico tueatur et latissime propagēt. Nam Satan autor eorum mendax pariter & homicida est. Vtrunq; enim in omnibus schismaticis palam est, qui simul falsa docent & cādē per seditiones, & perturbationem rerum publicarum excitare solent.

Auueliani temporibus Manichæi hæretici primum cœperūt, & horum autor Manes fuit ex Persa oriundus. Latissime hic primum apud Arabas, deinde in Africa virus suum sparsit, quod tanto successu propagatum est, vt postea per annos ducentos sopiri nō potuerit. Caput doctrinæ eorum erat, duos deos esse, alterum bonum, alterum malum, & verunq; iuxta æternum, Probabilis visa est hæc doctrina rationi humanæ. Nam quum deus natura bonus sit, & interim malum tantam vim habeat, necessario & deum esse peculiarem, qui malorum autor esset, potentia et æternitate alteri deo æqualis. Præter hæc & alias habuerunt opiniones quas docebant, Christum non esse verum deum, neque etiam recipiebant Apostolorum libros, sed sua dogmata singularia comminiscabantur, quæ CHRISTI Euangelium quoque vocabant, gloriabantur & de peculiaribus illuminationibus  
ē cœlo,

de celo, dicebantq; se donare spiritum sanctum. Instituerunt & ceremonias peculiares, vsi sunt & ciborum delectu, matrimonia interdixerunt, affirmantes per hac contingere spiritum sanctum. Docuerunt & reiiciendam esse civilem potestatem.

Nam matrimonium, et rerum publicarum gubernationem ex malo deo provenisse, nō a bono deo esse constituta. Nostra etate in hanc heresim plane prolapsus erat Thomas Muntzerus apud Thuringios.

Anno Christi 180.

Tacitus. 32. Imperator imperauit menses sex,

**P**Robus. 33. Imperator regnauit annos sex, & menses quatuor. Commemoratur hic inter laudatissimos principes, electus a militibus est, & confirmatus a Senatu. In Germania superiori & inferiori pacis constituendæ autor fuit. Francos & Thuringios vicit, & in huius Imperatoris annalibus prima Thuringicæ gentis mentio facta est.

Dionysso successit in Papatu. 25. pontifex Felix

Felici. 26. Papa Eutychianus.

Eutychianū sequutus est. 27. pontifex Caius.

Anno Christi 187.

**C**Arus. 34. Cæsar regnauit annos duos. Filios suos Carinum & Numerianum iuxta se Imperatores fecit. Numerianus & probitate & eruditione clarus fuit. Carinus ob nequitiam Neronem adæquauit.

Anno Christi 188.

**D**ioclerianus. 35. Imperator regnauit annos viginti. Matura sapientia princeps fuit, & multis præclaris factis exornatus. Ægyptum restituit ad imperium. Ceterum Christianæ professionis acerrimus hostis erat. Nam pristinum statum imperij, veteremq; reipublicæ formam studebat re-

## DE QVARTA MONARCHIA

uocare, & quū ex rationis iudicio ageret omnia, ferre non voluit dissentientes opinionones de religione. Et quū cognosceret in tanta varietate circumstreptentium bellorum, se solum nō posse tanti imperij magnitudinē conseruare, preterea q̄ acciderat saepe alios per seditiones imperium adfectasse, & imperatores factos esse, ipse vltro iuxta se Maximianum pari potētia voluit imperare, & is bellum in Gallia gessit.

Porro pares hi duo in imperio Augusti appellati sunt. Augusti elegerunt & alios duos, qui non potentia pares, sed veluti successores erant, neque vero illi Augusti, sed Cæsares dicebantur. Diocletianus Gallerium Maximianus Constantium elegit. Vterq̄ autem Augustus Diocletianus & Maximianus postea deponita administratione imperij ad priuatę vitę tranquillitatem reuersi sunt vltro. Verum Maximianus iterum libenter rediisset ad imperiū, vt ea occasione Maxētium filium suū in regnum promoueret, & hac de causa eum Constantius gener ipsius trucidari iussit. Ita ferē accidere solet, vt quoties ruitura sunt magna imperia, omnia seditiōibus & intestinis simulatibus prius repleantur, id quod hoc exemplum testatur. Diocletianus multos annos priuatus vixit, tandē seipsum interemit quum à Licinio & Constantiano timeret sibi, quibus suspectus erat, q̄ Maxentiū hostis eorum partes esset sequuturus.

Anno Christi 308.

**C**ONSTANTIUS. 36. Cæsar regnauit vnā cum Galerio Maximino magnaq̄ cū laude vterq̄ Cæsar fuit. Constantius defuncto Diocletiano imperauit annos quatuor, Galliarum & Germanię regiones subiectas habuit, & pacatas eas reddidit.

Fran

Francos & Alemanos vicit. Nam in hunc modū partita Germania est, Franci eam sibi Germaniæ partem vsurparūt, quę circa Rhenum sita est, Alemanni dicti sunt Germani superiores. Constantius apud Anglicos obiit, cui suffectus est in imperiū Constantinus filius.

Anno Christi 312.

**C**onstantinus, 37. Cęsar imperauit triginta annos, restituit in quietem & tranquillitatē pristinam imperium. Nam quum crudeliter tyrannidem exercuisset Romę Maxentius, victus a Constantino in Tybri fluuio submersus est inter fugiendum, deditq; dignas suę tyrannidis pœnas, quā cum in alios homines, tum in Christiani nominis professores maxime exercuerat. Itaque annis aliquot Constantinus & Licinius vnā imperiū administrarunt in summa concordia, & tradidit Constantinus sororem suam Licinio in matrimoniū. Cæterum vsu sepe euenire videmus, in maximo imperio huiusmodi causas incidere plerumq; de quibus inter duos raro conuenire solet. Tradunt dissensionis causam inter Constantinū et Liciniū fuisse inde exortam, quod Licinius Christianis infestus erat, & petiisse sepe Constantinū ne quid huiusmodi amplius moliretur, tandem coactus magna necessitate Constantinus vicit Licinium, sed viuū reliquit hęc lege, vt deposito imperio priuatus viueret. Proinde Constantinus postea solus imperio p̄fuit, et omnia in pacem & honestas leges redegit. Primus hic Cęsar Christiani nominis professor fuit, neq; dubium est, quin vere pius fuerit princeps, nam tanto in honore sacro sanctum Euangelium habuit, q̄ in publicum suę fidei testimonium palam Euangelicum codicem

semper

## DE QUARTA MONARCHIA

semper voluerit sibi præferri. Mandauit & priuatis sumptibus sacra Bibliorum volumina describi, eaq; curauit in omnes passim regiones mitti. Effecit vt sanctum & vtile pariter Nicenum concilium cogeretur, vt hoc modo suis temporibus ecclesiæ statum tranquillum redderet. Ea demum facta sunt digna bono principe, quæ longe ampliore commendationem merentur, quæ quæ summo pontifici multa beneficia dicitur cõtulisse. Quam & hoc nomine laudem meretur optimus imperator, quæ eleemosynas & beneficia contulit ad doctrinæ Euangelicæ & ministrorum ecclesiæ cõseruationem. Ceterum ea fuisse Constantinum liberalitate in summum pontificem, quæ in eius vrbem Roman, & mediã imperij partem donauerit, quæadmodum fabulantur quidam, id nullæ receptæ historiæ testantur.

Constantinopolis vrbs ab hoc Cæsare ædificata est, & ab eo nomen habet, quum antea eodem in loco vrbs mercimoniorum frequentia insignis Bizantium diceretur. Constantinopolim postea imperij sedes translata est, id quod sequentes historiæ testantur.

Porro quum dubium non sit, esse hunc principem vnum, eumque non vulgarem ex illorum heroum numero, quos magnis virtutibus exornauit Deus, originem generis eius merito hic recensimus, vt cognoscatur, summas illas & heroicas virtutes peculiariter in magnas & nobiles familias a deo conferri.

Claudius laudatissimi nominis imperator fratres duos habuit, Quintilum & Crispum. Crispi filia Claudia in matrimonium tradita est generoso principi Eutropio, atque hi sunt origo generis Constantini.

Eutro



Eutropius primarius princeps Romæ.

Claudia Cęsaris Claudij fratris filia.

Constantinus Cęsar habuit Helenam, huius filius erat Constantinus magnus, eius vxor Fausta Maximiani filia, quorum filij fuerunt Constantinus & Constans.

Theodoram priuignam Maximiani, huius filius Constantius, & hic filios habuit Gallum & Iulianum.

De Arrio heretico.

**T**empore Constantini Arrius vixit. Professor hic erat in schola Alexandrię apud Ægypti, os, ex huius heresi & errore miserabiliter Ecclesię concordia diuulsa est. Docuit enim Christum nõ esse vere & naturaliter Deum. Cęterum quibus ad hunc errorem confirmandum persuasionum lenocinijs vsus sit, longum nimis hic est cõmemorare. Ita autem placuit hic error orbi, q̄ doctissimi Episcopi & vniuersa ferè orientalis Ecclesia, plurimi etiam in occidente eum amplexi sint, interim tamen duo pietate insignes Episcopi restiterunt huic heresi grauiter: Primus Alexander erat, qui impetrauit à Constantino, vt Nicenum conciliũ cogeretur, in quo dãnata est heresis Arriana, proinde destitutus & proscriptus ex regno est Arrius. Atqui mortuo Constantino presbyter quidã apud Constantium erat, in summa familiaritate, & cui omnia sua consilia credidit, effecit hic suo usu apud Imperatorem, vt reuocatus Arrius pristino suo officio fungeretur. Sopitum utcunq; incẽdium antea iterũ iam exardescere cœpit vehemẽtius, adeo vt Cęsar Constantius etiam hunc errorem Arrii amplecteretur. Cęterum statuto tandẽ die à Constantio, quo Alexander & Arrius inter se publice conferrent de scripturis, totam noctem

## DE QVARTA MONARCHIA

in orationibus consumpsit Alexander in templo,  
 orans Deum, ne Arrianæ sectæ cōtagium serperet  
 latius. Quare mane sub constitutam disputationis  
 horam, quum in auditorium pergeret Arrius, cœ-  
 pit inter eundem ventris dolore laborare, & exo-  
 nerandæ alui causâ cloacam ingressus est, vbi præ-  
 ter omnium opinionem fataliter ilico periit. Verū  
 extincto in hunc modum Arrio, non desit tamen  
 pestilens eius doctrinæ semen latius diffundi, vt  
 pote quod coniurati eius sectæ cœperunt multo  
 etiā vehementius propagare. Tandem & Ale-  
 xandro mortuo Athanasius opposuit se Arrianis,  
 sed hic proscriptus à Constantio ex Ægypto in  
 Treuerim vsque urbem profugit. Et quanq̃ lon-  
 gissima hæc fuga erat, tamen coactus est exul clam-  
 delitescere in octauum vsq̃ annū apud Treueros.  
 Interea magna vi aucta hæc heresis serpsit per totā  
 orientalem Ecclesiā, adeo etiā vt maxima pars  
 Christianorum ad tempus Arrianorum sectæ ad-  
 hereret, atq̃ ex hac heresi aliæ plures sectæ suppu-  
 lularunt sensim. Tandem vero vbi multorum cō-  
 ciliorum decretis nomen Arrianorum extinctum  
 esset, tamē subinde iterū sub aliorum nominibus  
 eadem secta renouata est in Ecclesia. Erant vna in  
 vrbe. variæ opiniones, & sectæ diuersæ perseque-  
 bantur se mutuo, adeo vt alij in aliorum templa ir-  
 ruentes tumultuarentur, & eladem cōmitterent.  
 Miserabilis omnino & calamitosa tum erat facies  
 Ecclesiæ, quæ merito offendiculi occasionem non  
 tantum gentibus prebuit, quo minus amplecte-  
 rentur verbum, sed alios etiā offendit, vt à Chri-  
 stianismo ad gentium idolatriam desciscerent, in-  
 ter quos & Iulianus Cæsar fuit. In hæc ipsa tem-  
 pora huius tam perniciosæ hereſeos incidit Maho-  
 met tandem, cui commode per Arrium veluti se-  
nestra

hæstra patefacta erat, fuitq; huius crudelissimi antichristi præcursor. Nam quum in tanta dissensione opinionum mentes hominum vagæ ferrentur, venit Mahomet, & tertiam viam valde prudenter excogitavit, qua mederetur errorum varietati. Sustulit enim omnes disputationes, id quod probabant homines. Sed de his postea dicemus, & hæc satis sit retulisse de Arrianorum errore, aliisque similibus hæresibus, quarum ideo mentionem hic fecimus, ut videatur, quanta incommoda, clades, seditiones & perturbationes & reipublicæ & Ecclesię hereses semper pariant.

Caio in papatu successit Marcellinus. 28. pontifex.

Marcellino successit Marcellus. 29.

Marcellum sequutus est Eusebius. 30. papa.

Eusebium Melciades. 31.

Melciadi successit Silvester. 32.

Post Silvestrum factus est papa. 33. Marcus.

Non multo tempore ante obitum Constantini ingens cometa visus est mensibus aliquot, qui luctuosum bellum & motum, qui sequutus est motem Constantini, portendit.

Anno Christi 342.

Constantius. 38. Cæsar regnavit annos. 24.

Cæterum à patre sic erat statutum imperium, ut fratres tres simul imperarent: Constantinus in Gallis, Hispania & Germania, Constantius in Oriente, Constans in Italia & Illyrico. Atqui iunior ætate Constantinus ditione imperij sui contentus non erat, sed solus regnare volebat, profectusq; est in Italiam aduersus Constantem fratrem suum, fretus nimirum fortitudine sua, quod strenuiores milites habebat. Sed temeritate hanc non passus est deus inultam diu, nam Constantinus hic non multo

## DE QVARTÀ MONARCHIA

multo post cęsus est, atq; ea occasione potitus est  
 Constans totius occidentis imperio, quod nō in-  
 foeliciter administravit. Porro ducem Augustę ha-  
 buit Magnentium cui vitam in periculo servaues-  
 rat semel, hic humanissimum suum dominum tru-  
 cidavit, & sese imperatorem fecit, & expeditione  
 paravit aduersus Constantium. Constantius ori-  
 entalem Cęsarem creavit Gallum nepotem suum  
 & profectus cum exercitu aduersus seditionis au-  
 torē, vicit eum. Clades tanta fuit, q̄ vt legitur, tan-  
 topere tum sint debilitatę vires imperij, vt multis  
 postea annis ad pristinum robur redire nō potue-  
 rit, optima & selectissima nimirum populi parte  
 prostrata, vt multo tempore etiam barbaris resis-  
 stere non potuerit imperium. Post hanc cladem  
 commissam flagitiosissimus vir Magnentius seip-  
 sum interemit, atq; ita vltus est Deus cędē in Cō-  
 stantem optimum principem perpetrata.

Marco successit in pontificatu. 34. Papa Iulius  
 huius nominis primus.

Porro mortuo Iulio factus est. 35. pontifex Li-  
 berius, qui q̄ restitit hęresi Arrianę profligatus  
 est à Constantio, & successit in eius locum est Fe-  
 lix, qui ob metum imperatoris dissimulavit erro-  
 rem Arrianorum. Celebratę Synodi sunt eo tem-  
 pore Mediolani, & Arimini planē diuersę à decre-  
 tis concilij Niceni, sed & illarum sententię postea  
 statim reiectę sunt. Hęc exempla testantur calami-  
 tosum eo tempore extitisse in Ecclesia statum.

Anno Christi 365.

**I**ulianus apostata. 39. imperator regnavit annis  
 duobus. Constantij nepos fuit, & frater Galli,  
 id quod supra monuimus. Eruditione tanta erat,  
 quod adolescens in Ecclesia Nicomediana publi-  
 ce sacras literas prælegit, postea Athenas profes-  
 ctus

ctus Philosophiam didicit. Cæterum occiso eius fratre Gallo, missus est à Constantio in Gallias & Germaniã, & non procul ab Argentorato triginta millia Almanorum prostravit, qua de caussa Argentorati subito militū fauore imperator est designatus. Porro quum ob varietatem opinionum summe inter Christianos dissensiones essent, propter quas alij desperabant, alij prorsus à religione Christiana ad idolorum cultum desciscabant. Iulianus quoq; apostata factus est: erat enim etate iuuenis, & rhetorū ac philosophorū consuetudine utebatur, qui ex rationis humane captu de deo disputabant, interim tamē manifesta vi Christianos nō est persecutus, sed calliditate potius abolendos censuit. Nam scholas publice interdixit, vt nō instituerentur, existimans id quod res erat, eruditione sumnota religionis doctrinā facile interiturā. Quin & hoc vetuit, ne Christiani nominis professores ius militandi haberent cum Romanis, ne qua occasione ad reipublicę gubernationem peruenirent. Ecclesiarum bona abstulit, per risum iniquiens officium se facere Christianis, nimirum vt pauperes facti citius regnum cœlorum intrarent, quum euangelium promitteret regnū cœlorum pauperibus. Vehementer satis scriptis etiam aditis Christianorum fidem oppugnauit, aduersus ea Cyrillus scripsit diligenter, cuius liber etiamnum in oppido Pfortzensi inter Ioannis Reuchlin monumenta reperitur, non inutilis profecto qui legeretur. Respondit & Nazianzenus Iuliano, sed parum fortiter. Nam non satis efficax erat, ad eas calumnias diluendas, quibus in Euangelio cōfutando vsus est Iulianus. Vrgebat hoc potissimum, quum doceat Euangelium non esse vindicandū, prohiberi & tolli ciuilem vltionem in iudiciis, &

## DE QUARTA MONARCHIA

gubernationem rerum publicarum, sine qua ne stare quidem possent res humanæ villo modo, & hæc ipsam calumniam multis verbis tractat, quæ tamē non ignoret verę pietatis studiosus, non eam vindictam prohiberi in Evangelio, quam magistratus exercet, sed studium priuatæ tantum vltionis, quæ sine autoritate magistratus fit. Graues admodum fuerunt Christianis callidæ hęc & contumeliosæ cauillationes Iuliani, adeo q̄ publicè aduersum tam perniciosum Euangelij hostem orabant. Itaq; quum in Persiam esset profectus, in solitudine quadam trucidatus est. Tradunt tū ex inflicto vulnere animam agentē, manum sanguine plenā ad cœlum proiecisse & dixisse: Vicisti tandem Galilæe. Christum significans, quem Galilæum appellabat. Proinde factum est impietate Iuliani, quod imperium a nobilissima Constantini familia translatum est.

Anno Christi 367.

**I**ouinianus. 40. imperator præfuit imperio mensibus septem. Pietatē princeps insignis fuit, episcopos a Constantio & Iuliano proscriptos reuocauit, iussit etiā Ecclesiis suas decimas persolui. Febri correptus ex nimia laborū defatigatione obiit.

Anno Christi 368.

**V**alentinianus. 41. Cæsar imperauit annos duodecim, fratrem suum Valentem imperij consortem constituit. Valens Orienti præfuit, in occidentem Valentinianus est profectus, vterq; Christianę religionis cultor fuit. Valentinianus præfectum militum sub Iuliano egerat, sed destitutus ab eo, q̄ integritatem Christianę religionis noluit deserere, præterea quod ethnico sacerdoti colaphum infregit, a quo aqua idolatrica porrecta inuitatus est ad sacrificandum, quando Iuliani aduentum

## LIBER TERTIVS

48

tum expectabat, sed eam contumeliam qua adfectus est à Iuliano illo honore rependit Deus; in quem postea subuectus est. Maxima bella gessit in Germaniâ, Saxones & Burgūdiones oppressit. Nam & hi recensentur inter Saxones, qui sub id tempus ad Rhenū fluuiū profecti sunt, & quanquā casti sunt à Valentiniano, tamen postea recuperatis viribus Rhenum transgressi sunt, & eas regiones occuparunt, quæ hodie etiâ Burgundico nomine appellantur, sed de his postea dicemus.

**V**alens post defunctum fratrem imperauit annos tres. Arrianæ hereseos adsertor fuit, ceterum impietatis huius insignes pœnas dedit, quando à Gothis propè Constantinopolim cesus est. Etenim quum in fugam versus Valens in oppidulum se recepisset, incenso à Gothis oppidulo con crematus perijt. Mortuo Valente multa incômoda Constantinopolitanis intulerunt Gothi, sed eos regina Valentis pecunias largita ab urbis deuastatione submouit.

Libèrio mortuo pontifex quadragesimus factus est Damasus, huius scriba fuit Diuus Hieronymus adolescens.

Post Damasum creatus pontifex est Syricius quadragesimus primus.

Anno Christi 383.

**G**Racianus. 42. Cæsar regnauit post mortem Valentis annos sex. Valentiniani hic maximus natus filius erat, & uiuentem adhuc patre in imperij communionem adscitus est. Mortuo vero patre iuniorem suum fratrem Valentinianum unum se cum imperatorem delegit. Porro autem videns ob innumeras seditiones turbari passim imperium, neque regi posse sine prudenti & fortunato principe aliquo, THEodosium imperij consortem

M 2      creauit

## DE QUARTA MONARCHIA

creavit, eumq; in orientem misit, vbi victi sunt à Theodosio Gotthi, apud Constantinopolim, & fugati sunt ex Thracia: Gracianus in Galliis per insidias oppressus est à præfecto suo Maximo, qui seipsum imperatorē constituit per tyrannidem. Probitate & eruditione iuxta clarus princeps erat Gracianus, syncerus itē Christianæ religionis cultor, confessionem fidei suę scriptam ad diuum Ambrosium misit. Valentianus Graciani frater item per dolum à præfecto suo Arbogaste occisus est, sed ingentibus copiis collectis Theodosius Maximus & Arbogastum prostravit. Maximus capus occisus est, Arbogastes seipsum interfecit. Itaq; solus Theodosius imperio præfuit.

Anno Christi 388.

**T**heodosius. 43. Cesar annos regnavit. in. interfecto per Maximum Graciano. Genere Hispanicus fuit, totumq; regnum pacatum reddidit, à Germania vsq; in Egyptū. Ipse primū in Germania fuit, sed reuocatus à Graciano in Thraciam postea à Theodosio Stilico in Germaniā missus est, qui Fracos & Saxones subegit ad pacē retinendā.

Præter hæc & pacem Ecclesiæ restituit Theodosius, coëgit publicas Synodos, et religionis doctrinam in omnibus regionibus voluit divulgari. Ambrosius mortem eius lamentatus est, atq; inter reliqua sic inquit: Dilexi virum qui cū corpore solueretur, magis de statu Ecclesiarum q̄ de suis periculis angebatur. Tanta pro religione sollicitudine adfci, ea demum verę & dignæ principibus bonis virtutes sunt.

Syricio successit Papa. 42. Anastasius huius nominis primus.

Anastasium sequutus est Papa, 43. Innocentius primus huius nominis.

De Pe



## De Pelagio heretico.

**T**emporibus huius pontificis Pelagius in Britannia vixit, is docuit non ex misericordia Dei propter Christum sine nostro merito nos iustificari & seruari, sed ex propriis operibus, & virtutibus naturalibus veram ac solidam coram deo iustitiam parari, & remissionem peccatorum contingere, non ex fide Christi, sed nostris conatibus. Aduersus hunc grauissime scripsit Augustinus, impugnavitq; fortiter eius sententiam, & contra tutatus est, per fidem nos seruari sine nostro merito, & ex misericordia Dei consequi nos tantum remissionem peccatorum, si ea fidamus. Nam si esset remissio peccatorum ex nostris operibus, nunquam conscientiam certam esse, sed dubitare atq; in anticipi versari semper, siquidem infirmiores sunt humani conatus, quam vt illis placari iratus deus ob peccatum, & horror mortis tolli possit. Ceterum exigere nihilominus tamen Deum a nobis obedientiam, & bona opera, et vt conscientie certae sint nos placere Deo, quod exaudire inuocantes, & seruare nos velit Deus. Id autem consistere non in nostrorum operum dignitate, sed in promissione, & misericordia Dei. Hec sententia Augustini cognita magnam consolationem adfert conscientis piorum docetq; quae vera sit fides, & interim bona opera a nobis requirere Deum. Ea enim exigit Deus, sed fide tantum vult nos peccati condonationem recipere sine nostrorum meritorum respectu. In conciliis aliquot nostrorum temporum damnatum est dogma Pelagiani.

Deuastatio quartae Monarchiae.

M 3,

Anno

## DE QVARTA MONARCHIA

Anno Christi 398.

**A**Rcadius Theodosij filius imperauit annos tredecim in oriente Constantinopoli, paribus auspiciis occidentem Honorius frater gubernabat annos vigintinouem, & uiuente & mortuo fratre, defuncto enim Arcadio Honorius superstes vixit.

### De Gotthis.

Anno Christi 405.

Anno Romæ 1157.

Anno mundi 4349.

**S**Vb hæc tempora Gotthi primum in Italiam uenerunt magna & formidabili manu. Cæsarum quum ubique multa Gotthorum mentio fuerat, nos hic summatim historias de origine & rebus gestis eorum contrahemus.

Non vnus populi appellatione censeantur Gotthi, Vandali, Rugiani, Hunni, sed Gotthi Teutonnes sunt ex Godlandia insula, qui Liuania & Liuanix partem occuparunt. Nam vtraque hæc regio Godlandis ex aduerso per mare sita est, atque hinc est quod recte eos Procopius Cimmericos et Gethas esse scripsit. Porro hi Romanorum temporibus in Thraciam & Hungariam vsque progressi sunt, & conati sunt Romani imperatores eos repellere, sed frustra. Nos initium historiae eorum sub Decio attigimus, nam maxima prima pugna Romanorum aduersus eos sub Decio fuit, in qua & cæsus est Decius. Postea vero etsi ab imperatoribus Romanis multum negotij factum sit Gotthis, tamen in Thracia & Hungaria remanserunt, & in Asia quoque circa Constantinopolim regiones aliquot occuparunt. Hodie etiamnum fertur in Chersoneso Taurica habitare Gotthos Teutonico idiomate vtentes, & Gotthos se appellare.

Cæte

Cæterum eo tandem modo Hungariam reliquerunt & Thraciam quoq; q̄ ipsi primum sua sponte inde in Italiam, & postea in Hispanias profecti sunt, postea à Vandalis & Hunnis ex Scythia venientibus reliqui Gotthorum oppressi sunt. Hunni sedes in Hungaria fixerunt, illæ vero regiones, quæ partim circa partim infra Hungariã sitæ sunt, à Vandalis sunt occupatæ.

Sub Arcadia autem & Honorio ingressi sunt Gotthi in Italiam. Clarissimus Cæsar Theodosius filiis suis designabat imperatores duos, Rufinum & Stilliconem, eisq; curæ esse voluit adolescentes Cæsares filios, sed alter sane parum fidus in domum suam extitit. Rufinus Gallus erat natione, is extimulavit Gotthos aduersus Arcadium, sperabatq; ea occasione regno se potiturum, sed frustratus est suis conatibus, nam cæsus est à Stillicone.

Porro Stillico Vandalus erat, & quum aduersus Arcadium ex Gotthis quidam profecti essent, effecit Stillico, vt Gotthi, quos stipendio conduxerat Theodosius, dimitterentur, ad hoc etiam exciitavit Stillico Vandalos aduersus Gotthos, atq; ita primum cõmotis per Rufinum Gotthis, deinde irritatis per Stilliconẽ, adduxit Radgastus rex eorum ducenta millia Gotthorum in Italiam eo anno, quem supra indicauimus. Et meminerunt hinc historię fuisse tum Romæ ingentes querelas aduersus Christum, propterea q̄ tam luctuosum casum imperij ex contemptu deorum, & neglecto pristinæ religionis cultu exortum esse putabant.

Cæterum Stillico vicit Radgastum & eius exercitum in angustiis faucibus, ab vrbe Florentia ad Apenninum. Prima hæc est historia Gotthorum in Italia.

## DE QVARTA MONARCHIA

Post Radagastum alius Gotthorum exercitus venit in Italiam Alricho duce, cum hoc egit Honorius, vt ex Italiam in Galliam discederet, quæ tum à Francis, Burgundionibus & Vandalis, vastabatur, adeo vt Honorius diffideret Galliam diutius se posse retinere, ideoq; cogitauit commissurum se barbaros, vt propter Galliam inter se decertarent. Sed quid sit? dum abitū parat Alrichus, opprimit eum Stillico ex improviso, durantibus adhuc induciis, in ipso paschatis die. Postera die instructis copiis vicissim Stilliconem cedit, & percussus in eum ira Romam obsidione cingit. Honorius Rauennę erat, & Stilliconem iussit truncari, quasi parum fideliter egisset, atque adeo voluisset translatum ab Honorio imperium ipse ad sese traducere. Proinde non erat iam dux aliquis commodus ad eripiendam urbem Romanam ex obsidionis periculo, itaq; post biennem obsidionem cepit Romam Alrichus, idq; sub annum decimum quintum Honorij, quadringentesimum et duodecimum à nato Christo, deniq; etiam millesimum centesimum sexagesimum quartum post urbem Romanam conditam.

Quod Varro scribit, duodecim vultures quos vidit Romulos, auspiciū dedisse, duraturam Romanam annos mille, & ducentos, quanq̄ & hic numerus annorum non omnino ab hac supputatione remotus sit, tamen existimo eorum interpretationem proprie ad Totilam pertinere, qui postea Iustiniani temporibus exussit & planè vastauit Romam, idq; annis centum & trigintasex post Alrichum. Etenim Alrichus non depopulatus est urbem, quin potius per edictum precepit, vt consurgentibus ad templa Christianorum parceretur. Alrichus iterum abscessit ex vrbe, & non multo post

post obiit. Defuncto eo factus est Gotthorum rex Adolphus, hic rediit Romam, & accepta Placidia sorore Honorij Cæsaris, ab ea placatus pepercit Romę, profectusque in Gallias est & in Hispanias postea, atq; ita demum hoc tēporē Gotthi relicta Italia ad Hispanos se contulerunt. Nā inuaserat antea Hispanos Alrichus, & postea remanētes in Hispania Gotthi imperium tenuerunt. Venerunt in Hispaniam Vandali postea & Sueui, sed manentibus Gotthis, Vandali in Africā deuenērunt. Ab his Gotthis nati sunt Christianæ professionis reges in Hispania, a quibus originem ducit clarissimus omnium Imperator Carolus quintus. Quamquam enim postea Sarraceni inuaserūt Hispaniam, in eaq; potētes facti sunt, tamen reliquos adhuc reges alios è stirpe perdere non potuerunt.

Anno Christi 456.

Anno Romæ. 1207. venit ex Africa Romam Genserichus Vandalus, & fœdissime vastauit urbem. Cæterum q̄ habuerit causam Genserichi aduentus, tum dicemus, quando de Vandalis sese tractandi offeret occasio.

Dietrichus de Berna.

Postea in Italiam Gotthi non venerunt, nisi Zenonis Cæsaris temporibus, quando Othacarus Romæ potens erat. Is barbarus erat ex Rugia oriundus, & Romę stipendia fecerat sub Augustulo, & eadem occasione potens factus summam tyrannidem exercuit, adeo q̄ subsidia aduersus eum Romani postularunt. Tum vero missus est a Zenone Dietrichus cognomento de Berna appellatus in Italiā, is occiso Othacaro regnauit in Italia annos duos & triginta, pacis amantissimus fuit, & de tota Italia optime meritus est, adeo q̄, vt testatur historia, Italia nunquam vsa sit principe extero clementiore.

## DE QVARTA MONARCHIA

flore. Contulit quoque multa bona in vsum eccle-  
 się, ad alendos ministros verbi, & doctrinā religio-  
 nis conseruandam. Sed Arriana heresi infectus erat,  
 quemadmodum & Gotthi reliqui. Nam postulan-  
 tibus Gotthis ab imperatore Valente sacerdotes,  
 à quibus in religione Christiana instituerētur, Ar-  
 rianos doctores misit. Porro meruerunt clarissime  
 huius Dietrichi virtutes etiam eas laudes, quę ho-  
 die etiamnum celebrātur carminibus illis, quę vul-  
 go solent decantari. Gigantū in illis mentio fit, quī  
 barbaros significant, quos vicit et profligauit Die-  
 trichus. Cognomento autem de Berna appellatus  
 est, quod frequenter Veronę cum aula agere sole-  
 bat. Præter hunc & alius fuit Dietrichus similiter  
 Gotthus, cuius virtute Attila cæsus est, sed ipse in  
 eodem cōflictu periit. Vir tantus fuit, quod præter  
 eum nemo facile cōtra Attilam tentare quippiam  
 valuisset. Is vero Dietrichus non Bernensis dictus  
 est, sed cognatum eius fuisse constat. Vixit autem  
 ante tempora Dietrichi Bernensis annis quadra-  
 ginta.

Alrichus

Adolphus Occidentalium Gotthorum.

Vuallia reges in Hispania.

Dietrichus à quo Attila cæsus est.

Hermenrichus

Ditmarus Orientalium Gotthorum rex

Dietrichus de Berna (ges in Hungaria.

**H**imelsuitha filia Dietrichi de Berna Adelrichū  
 filium habuit, regnauit is annos octo in Italia  
 Romę post mortem Dietrichi Bernensis, & mu-  
 lier nō sine summa laude imperio præfuit. Mortuo  
 filio tradidit imperium cognato suo. Theodato, sed  
 immemor hic accepti beneficij per dolum eam in-  
 terfici iussit, temporibus Cęsarıs Iustiniani, Præter

hauq

hanc plures etiã filias habuit Dietrichus Beronen-  
sis, quin & sororis suę filiã Regi Thuringiã in ma-  
trimonium dederat, id quod hic sine singulari lau-  
de & commẽdatione principum Thuringicorum  
nolui præterire.

**T**heodatus regnavit annos duos, et meritas suę  
perfidia pœnas dedit. Nam quũ honestissima  
regina Himelsuitha se & filiũ suum Iustiniano Cæ-  
sari commẽdasset, sumpsit Iustinianus occasionem  
vindicanđe perpetrare cędis, misitq; Bellisarium in  
Italiam contra Gotthos. Iam vero incidit Theoda-  
tus in suspicionem, q̃ non restitit Bellisario, quasi  
proditorus esset Gotthos, qui ea de causa Vuittichum  
in regem suffecerunt, cuius iussu necatus est  
Theodatus.

**WITTICHVS** regnavit tres annos, ad-  
versus hunc magna prudentia Bellisarius bellũ gessit,  
nam copias instructas habuit Vuittichus supra  
ducenta millia. Bellisarius intra mœniã Romanæ  
urbis se continuit, quã ad integri anni spacium ob-  
sedit Vuittichus, & ingens fames non Romę tan-  
tum, sed in tota Italia fuit. Fugientes autẽ Gotthos  
ob magnitudinem famis, palantesq; passim sine or-  
dine insequutus est Bellisarius, prostravitq; & cir-  
cunventum per insidias cepit Vuittichum. Ceterũ  
Gotthi interim deleri prorsus non potuerunt, sed  
constituta cum illis pace per Iustinianum permis-  
sum est, vt regiones ab Alpibus ad Padum vsq; in-  
habitarent, & ultra eas non progredierentur. Reuo-  
cavit autem Bellisarium, nã timebat ne Cęsar con-  
stitutus Italię imperium sibi vsurparet, quanquam  
interim fidus in agendis rebus Bellisarius nihil tale  
moliretur. Itaq; reuersus Constantinopolim Vuit-  
tichum captum & alios ex potẽtiori nobilitate se-  
cum in solenni triumpho ducebat.

## DE QVARTA MONARCHIA

**T**otilas post discessum Bellisarij à Gotthis creatus rex est, regnavitq; annos decem. Quando vero grauiter diminutę erāt per Bellisarium vires Gotthorum, insolenter admodum egerunt aduersus eos & Italos quoq; Cęsareani præfecti, proinde repellere illatam iniuriã coacti sunt Gotthi, & pugnavit Totilas contra hostes magna cum laude apud Placentiam, idq; parua manu. Nam quū hostium exercitus supra viginti millia instructus esset, ipse octo tantum millia habebat. Cæterum confyderans Totilas fortiter pugnare hostes, neq; cedere velle, exiguam sed selectiorem partem militū aquis impositam tranare iussit, qua per insidias à tergo adortus est et obruit hostes, atq; ita victoria potitus est. Facinus quidem hoc est memorabile, sed illud laudabilius esse censetur, q̄ post adeptam victoriam summa clemētia vsus est tam erga hostes q̄ amicos, neq; in quenquam tyrannidem aut seueriorem iustitiam exercuit, qua de caussa & plurimę vrbes vltro se sub eius imperium dederūt. Si quę matrone honestiores, vel adolescentes nobiles capti in bello erant, eos sanctissime cōseruatos ad suos remisit sine accepta pecunia, qua redimerentur. Quum Neapolim cepisset, quę ingenti fame præmebatur, cōmeatū pariter illis suppeditauit, et Cęsareanos milites saluos, & præterea viatico, equis & nauibus donatos discedere permisit.

Porro quum Totilas nō minori scelicitate quā gratia apud omnes vteretur, compulsus est Iustinianus primarium suum ducem Bellisarium in Italiam remittere. Erat enim veteris Romanę discipline in re militari supra alios omnes facile peritissimus. Sed Totilas hic post longam obsidionē Romanę vrbis, cepit eam, atque diripuit, & in prima oppressione multi homines sunt trucidati, cæterū ob in-



Ob intercessorias preces Pelagij Papę precepit Totilas parcendum deinceps humano sanguini, neq; etiam stuprum inferendum vllę mulieri. Item & a templorum ornamentis abstinendum esse, præterea & pontificem legatum misit ad Cæsarem pacis petendę causa, nam velle se vltro seruatam urbem, si pacis leges ineat, sin minus, cogi se vt eā exurat, ne deinceps hostibus suis presidio vel receptui esse posset. Sed fretus Iustinianus fortitudine Bellisarij, recusauit pacis condiciones, proinde indigne ferens Totilas hoc responsum Cæsaris, vrbe excedere iussit ciues omnes, precepitq; vt alio in loco habitarent, & statim muris ac turribus solo adæquatis urbem incendi ac concremari mandauit. Post hanc deuastationem venit tandē Bellisarius in urbem iam vndiq; patentem, curauitq; mœnia reparari ac restitui, verum non multo post rediit Bellisarius in Gręciam, simulatq; vt prudentissimus rei militaris diffidebat de imperio Italiae retinendo, sed rursus tum a Totila vrbs Roma obsessa & capta est.

## Deuastatio vrbs Romę.

**C**Apta est itaque vrbs Roma quater a Gothis & Vandalis intra centum triginta nouem annos, primum ab Alricho sub Honorio.

Anno Christi 412.

Deinde a Genfericho Vandalo Marciani temporibus.

Anno Christi 456.

Tertio a Gotthorū rege Totila, & hæc ipsa oppressio vrbs Romę grauissima omnium fuit, nam capta simul & exusta vrbs est anno Iustiniani primo & viceesimo. Anno vero post cōditam urbem millesimo & trecentesimo.

Anno Christi 548.

Quar-

## DE QUARTA MONARCHIA

Quarto in tertio anno, post hanc deuastationem  
Anno Christi 551.

Post istam direptionem cœpit Totilas restaurare urbem Romam, permittens ciues redire in ciuitatem. Quanta uero clementia usus sit, quanque humaniter se gesserit, id etiam ea uerba historiarum testantur, quę de eius comitate scripta extant, quę in subditos, & in primis in Romanos eo fuerit adfectu, quo patrem in filios esse decet, atque ita præesse imperio decere, didicisse Totilam ferunt ex doctrina & admonitionibus diui Benedicti.

Postea misit Iustinianus aduersus Totilam in Italiam singulari prudentia principem Narsen. Is Longobardos in auxilium uocauit. Fuerunt hi Saxones, qui instructis copiis ad Austrię partes sese conuerterat, hos adduxit in Italiam Narses, eorumque præsidio Totilam, & postea Teiam, qui postremus fuit Gotthorum rex in Italia, uicit. Atque is exitus est regni Gotthici apud Italos, quod iam inde a Diterichio de Berna usque ad Teiam durauerat annos sexaginta. Porro fuisse Diterichum, Totilam & Teiam prudentissimos pariter & fortissimos principes, id res geste & præclara eorum facta testantur, adeo quę si ex uirtutibus eos æstimes, barbari minime debeant appellari. Victris Gotthis potentia & opes Longobardorum crescere cœperunt, & unum ex regnis Italię illis contigit, cæterum totam Italiam non occuparunt, sed eam tantum partem, quę etiam nunc Longobardia appellatur. Imperium Longobardorum stetit usque ad Caroli magni tempora. Gotthi uero, quanquam ex Italia pulsi, tamen interim in Hispaniis potentes fuere, & imperium ibi tenuere usque ad hæc nostra tempora. Atque ita demum sub Honorio primum Hispania, & Gallię quoque pars a Romano imperio translata est.

est. Italia autem etiā viuente Honorio suę tranquillitati restituta est. Nam Gotthi partim in citeriorem Galliam partim in Hispanias profecti sunt, ad hæc & Francorum magna tum erat potentia in Galliis.

Post Innocentium factus est. 44. Papa Sosimus Sosmo successit. 45. Papa Bonifacius huius nominis primus.

Bonifacio primo defuncto factus est. 46. Papa Celestinus huius nominis primus.

Anno Christi 427.

**T**heodosius iunior Arcadij filius. 45. imperator regnauit Constantinopoli annos septem & viginti, post obitum Honorij. Consortē imperij orientalis constituit Valentinianū Constantij & Placidij filium. Ea erat filia Theodosij.

De Vandalis.

**T**emporibus huius Theodosij anno Christi 433. in Aphricam Vandali venerunt hac occasione: Duo illi Romanorum duces sibi mutuo infensi erant & iusta pugna aliquoties inter se concertant. Itaq; alter eorum, cui Bonifacio nomē erat, Vandalos qui tum in Hispaniis erant studiose sollicitauit, vt in Aphricam proficiscerentur, id quod non grauatim fecerunt. Nam potentes in Hispaniis Gotthi Vandalos nō ferebant. Etenim, vt antea commemorauimus, Vandali per Stilliconem concitati aduersus Gotthos, regiones quę circa Hungariam sunt occupant, vtpote Valachiam & Illyricum, vbi Gotthi antea habitant. Ad hæc & in Germania erāt, vnde in Gallias profecti magnę passim calamitatis autores fuerant, ceterum a Francis & Gotthis ex Gallia pulsi sunt. Postea in Hispaniam delati iterum cum Gotthis pugna decertare coacti

## DE QUARTA MONARCHIA

coacti sunt, in Africa vero Vandalorum potentia augeri & crescere cœpit. Quin & diuus Augustinus sub id tempus diem obiit, quo à Genfericho rege Vandalorum Hippo vrbs obsessa est, in qua Episcopus fuerat diuus Augustinus.

Mortuo Valentiniano Maximus quidã appellatus imperatorẽ se priuato arbitrio constituit Romę. Eudoxia vero regina quia volebat heredes poteros succedere in imperio, quæsuit auxilium contra Maximum apud Genferichum, cuius ductu capta est & direpta vrbs Roma. Sed homo Vãdalu, Vandalica plane fide atq; constantia vsus est in reginam, abduxit enim eã vna cum duabus filiabus captam secum in Africam. Ita enim accidere pleerunq; solet, quum exterorum subsidia ad tuendas fortunas nostras aduocantur. Atqui vero postea sub Iustiniano, quanquam non prorsus deleti sunt Vandali in Africa, tamen in eas angustias adducta est res eorum, vt florere nequiverint amplius. Nã à Bellisario captus est Gelimerus rex, et Africa rursus subacta imperio Romano paruit. Sed non multo tempore post Sarraceni in Africa dominari cœperunt. Verum hæc de Vandalis dixisse satis sit.

### De Bohemis.

**I**llud quoq; notatu dignum est, sub hoc tempore venisse primum omnium in Germaniam Vandalos, in qua etiã hodie magnam partem habent, vtpote Bohemię regnum, quæ olim Germanica fuit, idq; vocabulum Bohemia, quod Germanicũ est, satis testatur, quod fuit priusquam in has terras Vandali venerunt. Vocabulum autem originem habet à Bauaris, quibus subiecta fuit aliquando ea regio, vnde & proprie Botenheim appellatur. Neque vero Vandali Bohemiã Bohemos, sed Zeski  
se vo

se volunt nominari à duce ipsorum, cuius auspicijs  
 primum in Bohemiam ducti sunt. Ceterum veteres  
 illi Germani Bohemix magna simul in admira-  
 tione & confœderatione Romanorum fuerunt et  
 extant eorum summe laudes apud Cornelium Ta-  
 citum. Est autè hac occasione & Germania transla-  
 ta à Romani imperij monarchia. Nam in inferiori  
 Germania Franci, in superiori Alemanni, in Bohe-  
 mia vero Vandali potentes fuerunt. Postea vero  
 quid acciderit Bohemix, & quâdo subacta iterum  
 sit ab imperatoribus Germanis, id in Cæsarum hi-  
 storijs ostendemus, nam & ibi alia quedam de im-  
 mutatione rerum Germanicarum indicabimus.

Anno Christi 454.

**M**ortuo Theodosio iuniore regnauit Valenti-  
 nianus .46. Imperator in Occidentè annos  
 quinq; et viuente Theodosio imperauerat quinq;  
 & viginti annos. Orienti autem post obitum Theo-  
 dosij præfuit Marcianus septimus & quadragesi-  
 mus Cæsar. Huius vero temporibus formidabilis  
 illa expeditio Attilæ contigit.

De Attila.

**P**rimum omnium Gotthi, deinde Vandali, po-  
 stremo Hunni Hungariâ ingressi sunt, & hi po-  
 stremi retinuerunt terram, vnde & Hungariæ ap-  
 pellationem sortita est. Crudelis hic populus ma-  
 ximam cladem vniuersæ propemodum Europæ in-  
 tulit. Attila ex Hungaria exercitum trecentorum  
 millium duxit in Germaniam, plurimasq; potentes  
 vrbes diripuit, inter quas Basilea, Augusta, Argen-  
 toratum, Vuormacia, Colonia, et plures alię vrbes  
 fuerè. Inde in Galliam progressus Burgundionum  
 regem cepit, Aureolam obsidione cinxit, & statuit  
 totius Europæ dominium sibi usurpare.

Erat autè tum ea in parte Gallix citerioris, quæ

N

à Cæsare

## DE QVARTA MONARCHIA

à Cæsaribus adhuc tenebatur, Romanus dux Aecius, hic foedus inuit cum Francis & Gotthis, vt iunctis viribus crudelissimo tyrāno Attilæ resisteretur. Attila vero quia timuit sibi à viribus Gotthorum, sollicitauit Dietrichum regem eorum, ne quid auxilij Romanis suppeditarēt, sed pro singulari constantia sua Gotthi recusarunt vllam vel amicitie vel cōfoederationis rationem cum tyranno barbaro contrahere. Itaq; apud Tolosam vrbem Gallie vtrinq; infestis signis congressi sunt, à Romanorū parte Aecius, Gotthi, & Franci, ab altera parte Attila. Et testantur Historiæ, nunquam in Occidente tantum ab vtraq; parte exercitum, tantamq; multitudinem collectā fuisse, perinde ac ea fuit. Pugne conflictus ab exortu solis in noctem vsq; durauit. Tandem in fugam conuersus Attila, amisit centena octoginta millia, ipse etiam tanta angustia exagitatus est, q̄ non procul aberat, quin seipsum interemisisset. Aecius vero Franci & Gotthi etsi victores erant, tamen Gotthorum rex Dietrichus in eo conflictu perijt. Mortem patris vlscisci filius voluit, & statuit collectis copiis insequi Attilam, & reliquū eius exercitum prorsus delere, & deleuisset haud dubie, nisi ex Aecijs consilio sententiam suā immutasset, sed malum hoc fuit consilium Aecijs, nā parua manu potuisset tū vinci Attila, postea vero reuersus in Hungariam reparato exercitu, et collectis viribus Italia inuast, direptis vrbibus in primo Italia ingressu vsq; ad Apenninū. Tum vero occurrens ei Leo pontifex supplex petijt, vt retrocederet. Fertur dixisse Attilam, visam sibi iuxta pontificem astantem viri cuiusdam imaginē, minitantem sibi stricto gladio, & terrore percussum promississe se recessurum. Porro in Hungariam reuersus solennes nuptias egit, et in prima nocte largiter potus

L I B E R   T E R T I V S

98

potus præter expectationem fato quodam periit.  
Exitum hunc habuit hic tyrannus, quem nō puduit  
it publico titulo flagellum Dei se appellare.

V E N E C I A.

**C**ondita est hoc tempore Venecia vrbs in ma-  
ri, quò optimi quique ex Italia metu Attilæ  
confugerunt.

Celestino mortuo factus est. 47. pontifex Xy-  
stus huius nominis tertius.

Xysto successit. 48. papa Leo primus hoc no-  
mine appellatus.

Leone mortuo factus est. 49. pontifex Hilarius

Valentinianus Cæsar occidi iussit Aecium, q̄  
suspectum de ambitione imperij habebat. Sed hæc  
ptemia sunt mundi pro magnis virtutibus scilicet.  
Stillico, Aecius et Bellisarius postea, præstantissimi  
duces fuerunt, neq; habuit alios imperium, qui vir-  
tutes & fortitudinem veterum Romanorum pro-  
pius adæquabant, sed parum digna præmia pro tan-  
tis meritis senserunt. Valentinianus quæsiuit ex  
principe quodam Romano, iustas ne pœnas dedis-  
set Aecius, qui nescire se respondit, ceterū hoc sibi  
compertum esse, Cæsarem ipsum sinistra manu de-  
xtram suam amputasse.

Post Valentinianum discerptum penè imperiū  
Romanum est, & multi se in Italia Cæsares appella-  
larunt. Interim tamen maiestas Cæsarei nominis  
cum summa potentia coniuncta apud Constanti-  
nopolitanos relicta est, & postea occidentis regis  
num Iustinianus per Bellisarium & Narsen princi-  
pes restituit. Cæterum Valentiniano mortuo mul-  
ti simul in Italia vocati Cæsares sunt, & habuit Ita-  
lia infra viginti annos nouē imperatores, q̄ successi-  
one quadā regnauerūt, et alij ab alijs per occasiōē

N s      sunt

## DE QUARTA MONARCHIA

sunt trucidati. Vltimus Augustulus fuit appellatus. Nominis diminutio argumento fuit, imperiū Augustorum in Italia interiturum, nam in Augustulo defecit tandem imperium, expulit eum Augustulum Othacarus, aduersus quem missus est Diterichus de Berna in Italiam Zenonis tēporibus. Itaq; translatum est Italię imperium ad Gothos, qui postea sub Iustiniano oppressi sunt, id quod supra diximus.

Anno Christi 460.

**L**eo primus huius nominis. 48. Cæsar imperauit annos sedecim. Is filium suum eiusdem nominis Cæsarem creauit, qui ob iuuenilem suam ætatem Zenoni vitrico suo imperij coronā imposuit.

Anno Christi 476.

**Z**eno. 49. Cæsar regnauit annos. 17. Is in Italiā Diterichum de Berna misit, eumq; consulem creauit. Et propter huius præclara facta celebrior factus est, q̄ suis virtutibus. Imperauit enim nō vt Augustus, sed vt tyrannus.

Anno Christi 492.

**A**nastasius. 50. Cæsar regnauit annos. 26. fulmine ictus perit.

Anno Christi 519.

**I**ustinus. 51. Cæsar regnauit annos nouem, in teneris annis subulcus, deinde miles factus. porro mortuo Anastasio Eunuchus quidam iudex ingentem pecuniam Iustino dedit, vt suffragiis militum Eunuchus ille imperator designaretur. Verum Iustinus sui commodi memor effecit, vt ipse Imperator crearetur.

Anno Christi 528.

**I**ustinianus. 52. Cæsar regnauit annos octo & triginta. Is reparando imperio animum admouit. Iustini superioris ex sorore nepos fuit, & beneficiis quos



quodam dei singulari duos præfectos sortitus est, Bellisarium & Narsen, quorum opera res multo præclarissimas confecit. Bellisarius Persas vicit & Syriam serauit, in Africa Vandalos fudit, et Africam imperio restituit, præterea & in Italia ingentes victorias habuit contra Gothos, quorum vires postea in Italia à Narse prorsus debilitatæ sunt. Iustinianus quum Francis in Gallia pacis & amicitie leges contraxit, permisitq; vltro eos Gallie partem tenere, id quod Procopius scribit.

Porro pace iam vndique stabilita, etiam vetera iura & leges Romanorum in digestorum libros redigi curauit Iustinianus, sed hi libri non multo post Iustinianum per iura Longobardorum & Francorum oppressi sunt, tamen post aliquot secula reuocati sunt in lucem per Lotharium Saxonem imperatorem, de quo infra dicemus. Cæterum quantas laudes mereatur hæc prudentia in imperatore, qui illud ius, easque leges in communi vsu esse voluit, quibus nihil neq; honestius neq; sanctius & vtilius esse potest, omnium sapientum & bonorum iudicio, longum est hoc in loco commemorare.

## De Bellisario.

**I**llud merito præterire non possum de Bellisario, quod fidelissime in rebus omnibus egit, pacis & concordie autor fuit in toto orbe. Romanum imperium collapsum penè, & debilitatum prorsus reparauit & restituit, breuiter, tanta in suum dominum, & totum orbem beneficia contulit, vt alia neque maiora neq; laudabiliora esse possint, & si recte ea voles æstimare, summa sunt & incredibilia dona Dei, sed quam gratiam referat mundus protantis virtutibus, & huiusmodi dona Dei, id Bellisarii exemplum satis commonet, cui Iustinianus ex leui admodum suspitione citra culpam oculos iussit

## DE QVARTA MONARCHIA

erui, & profligauit eum, vt mendicando cibū querere cogeretur, tandem vt calamitosissimus mendicus obiit. Ita demum opponit se satan maximis quibusque viris, nimirum qui omnia opera dei, & summas virtutes in hominibus exosus est.

Quin & Narses quoque incidit in indignationē Cęsarıs, sed is noluit redire Constantinopolim, nā vt tutior esset à periculis, in Italia apud Neapolitanos per totam vitam suam mansit.

Hilario successit, 50. papa Simplicius.

Simplicium sequutus est, 51. papa Felix huius nominis secundus.

Post Felicem factus est, 52. papa Gelasius.

Gelasio successit, 53. papa Anastasius huius nominis secundus.

Anastasio mortuo creatus est papa, 54. Symmachus. Huius temporibus primus tumultus exortus est, propter electionem pontificis. Quidam enim volebant contra Symmachum, alium quendam, cui nomen Laurentio erat, designare, & hæc concertatio magnę cędis occasionem præbuit Romę, compressit hunc tumultum tandem Dietrichus de Berna.

Symmacho successit, 55. papa Ormisda.

Ormisdæ successit Ioannes primus, 56. papa.

Ioanni primo successit, 57. papa Felix tertius.

Felicem tertium sequutus est papa, 58. Bonifacius secundus.

Bonifacio secundo mortuo factus est, 59. papa Ioannes secundus.

Ioannem secundum sequutus est, 60. papa Agapetus. Impetrauit hic à Iustiniano vt heretici Constantinopoli non ferrentur.

Agapeto successit papa, 61. Syluerius.

Syluce

Syluero successit. 61. papa Vigilius, captus hic est à Iustiano, & tractatus parum humaniter, q̄ in restitutionem profligatorum hereticorum consentire non voluit.

Vigilio successit papa. 63. Pelagius primus. Tota illa temporibus,

Pelagium sequutus est papa sexagesimusquartus Ioannes tertius.

Illis temporibus horrenda admodum portenta in celo apud Italos apparuerunt, visę sunt ardentes pugnae, Cometae. Præterea & Tybris inundatione penè submersa Roma est. Portenderunt hæc signa lapsum imperij Romani & Ecclesię, qui sequutus est postea. Nam non multo post Mahometica pestis exorta est.

Anno Christi 566.

**I**ustinus huius nominis secundus. 53. Cæsar imperauit annos decem. Iustiniani ex sorore nepos erat. Huius temporibus Longobardi Italię partē inhabitandam receperunt. Anno Christi. 572.

Anno Christi 576.

**T**iberius huius nominis secundus. 56. Cæsar, regnavit annos septem. Iustini præfectus erat, et per adoptionem ab eo in filium, & heredem imperij susceptus est. Persas fudit, sed nulla felicitate in Italia contra Longobardos usus est.

Pelagio successit. 65. papa Benedictus.

Post Benedictum factus est papa. 66. Pelagius secundus.

Pelagio secundo successit. 67. papa Gregorius primus. Is, multas vbicq̄ ceremonias ordinavit, nã propter bella & hæreses turbata omnia erāt, neq̄ quicq̄ certo ordine agebatur. Itaq̄ instituit Gregorius per ceremonias Ecclesię statum in concordi-

## DE QUARTA MONARCHIA

diam reuocare. Orta est & contētio hoc tempore de primatu. Voluit enim Mauricius Cæsar vt patriarcha Constantinopolitanus Oecumenicus siue Episcopus vniuersalis in Ecclesia Christianorū diceretur, sed Gregorius id suo adsensu comprobare non voluit, & Christiana constantia vsus scripsit, neminem id sibi arrogare debere, vt inter Christianos Episcopus Vniuersalis velit nominari.

Anno Christi 584.

**M**Auritus. 55. Cæsar imperauit annos viginti. Summa victoria vsus est cōtra Persas et Hungaros, postea à Foca præfecto suo est iugulatus, de quo horrenda somnia habuerat, & quum quæssisset de eo, responsum est, hominem miticulosum esse, & minime metuendum, subiecit Mauritus: Si est timidus, est homicida.

Post Gregorium primum factus est. 68. Papa Sabinianus.

Occasio concertationis de primatu Papæ.

**S**abiniano defuncto creatus pontifex est. 69. Bonifacius tertius, is magna contentione obtinuit à Foca Cæsare, vt sanciretur Romanus pontifex Oecumenicus, & summus Episcopus totius Ecclesie Christiane. Ab eo tempore nunquam desierunt Romani pontifices conari pro dignitate & potentia sua augenda.

Bonifacio tertio successit. 70. Papa Bonifacius quartus,

Anno Christi 604.

**F**Ocas. 56. Cæsar imperauit annos octo. Sub hoc vehementer debilitate & diminute sunt vires imperij. Defecerunt iam prorsus ab imperio Gallia, Hispania, Germania & Longobardi, præterea & Persarum rex Cosroa multas regiones & ciuitates pariter in oriente occupauit. Potitus est & Ieroa  
solya

Ierofolymitana vrbe, & crucem feruatoris noſtri Ieſu Chriſti ſecum abduxit. Non multo poſt à Priſco duce ſuo obrūcatus Focas, dedit perfidię pœnas, qua in Mauritium vſus erat antea.

Anno Chriſti 612.

**H**eraclius. 57. Cęſar regnavit, 29. annos. Is Ierofolymam, Syriam, & Aegyptum reſtituit imperio, & Perſis victis crucem dominicam reduxit, eamq; primū Constantinopolim, deinde Romanam tranſtulit. Duravit autem hoc bellum Heraclij aduerſus Perſas annos ſex continuos. Coſroa rex Perſarum à proprio filio eſt trucidatus.

De Mahomete & Sarracenorum regno.

Anni Chriſti 630.

Anno Heraclij 15.

Anno mundi 4574.

Anno Romę 1382.

**M**Ahometes in Arabia apud Agarrenos & Sarracenos prophetam ſe venditavit, & regem pariter, idq; ex hac occaſione: Agarreni in ingreſſu Arabię habitantes ſemper prædationi & militię exercendę dediti fuerunt. Iam vero concitati Perſarum bellis ſtipendia meruerant ſub Heraclio. Et quum renuntiatum eſſet per præfectos Cęſareos, non expectandam amplius eſſe ſpem ſtipendiorum, ſeditionem mouerūt aduerſus duces Romanos. Porro occaſione huius tumultus publici potentia Mahometis creſcere cœpit. Quādo enim rectore carere non potuit vulgus, facile adheſerunt Mahometi, qui reliquos omnes & propter opum magnitudinem, & propter alias ſingulares virtutes facile antecellebat. Cæterum vt eo facilius in vnum aliquem & certum ordinem redigeret mores populi, ſtatuit non modo in civilibus rebus certas leges condere, ſed ad vnā aliquā

## DE QUARTA MONARCHIA

& nouam formam religionis animos vulgi adligare, quo rectius in officio omnes continerentur, neque exoriri posset dissensionis alicuius occasio. Videbat enim varias & dissentientes passim esse opiniones de religionis doctrina. Nam dissipata erat concordia Ecclesiarum per varias hereses, & maxime impio dogmate Arrij. Atqui ubi errore implicata conscientia sunt, & animi in dubio versantur, suspectam facile habent doctrinam Christi, & paulo momento huc atque illuc impelluntur. Itaque nutantibus in hunc modum mentibus hominum, opportunitatem nactus Mahometes huiusmodi religionis formam prescripsit, in qua summa illa fidei capita de Christo pretermittebantur, idque propterea, ne fidei doctrina porro in ambiguis disputationes vocaretur, sed posita tantum in rationis captu precipere de ciuilitate morum, & ratione honeste viuendi. Id vero plausibile tandem est nature humane, amplexi itaque sunt hanc doctrinam gentes, Iudaei, Arriani, & Christianae religionis apostatae. Nam erat haec fides probabilis oibus, ideo homines dispari genere, dissimili lingua, alius alio more viuentes, incredibile est memoratum, quam facile coaluerint, & creuerint potentia ad fortiter resistendum Romanis. Primum enim ceperunt Arabiam & Syriae partem subigere. Nam Damasci regia Mahometis erat. Postea & in Aegypto potentes facti sunt. Breuiter haec de initio formidabilis regni Mahometici dixisse satis sit, in quo primum Arabes & Aegyptij regnarunt, qui se Sultanum, hoc est, principem appellarunt, postea imperium ad Turcas translatum est.

Porro hoc regnum potissima pars est Antichristi. Et extant de eo certissima vaticinia in Prophetis, quibus serio monemur a Deo de vitanda hac peste.

peste. In Daniele sic depingitur. In bestia illa terribili, quæ Romani imperij typus est, enasci cornu, præ cuius potentia tria cornua euelluntur, & oculos habere ac loqui horrendas blasphemias cōtra Deum. Cornu hoc Mahometes est, oculi & horrendæ blasphemie contra deum Alcoranus & doctrina Mahometica sunt, quæ latius propagata est quàm imperij fines spectabant. Nam vniuersa fere orientalis plaga diabolico hoc dogmate est infecta. Tria cornua tria illa regna Arabiæ Syriæ & Ægypti, quæ occupauit Mahometes, notant. Ea omnia prædixit Deus, vt admoniti non offendere mur hoc scandalo. Item ne ignoraremus vltimū hoc regnum esse, & extremi iudicij diem esse expectandum. Posteritas autem Mahometis nō contenta suorum regnorum finibus, cum Cæsaribus Constantinopolitanis propter Asiæ imperium dimicauit quoque.

Sarracenum regnū dictum est primo hoc regnum Mahometis. Nam etsi Agarrenus erat natione, tamen non sine magna causa mutauit hoc nomen, quæ promissio in scripturis ad Abrahæ filios ex Sara progeneros pertinebat, & non ad Agar. Erant autem Agarreni ex Agar, Ceterum quum præteriret Mahometes suum populum Deo gratum esse, atque adeo ad quem pertineret benedictionis promissio, vt dominarentur in toto orbe, (Carnaliter enim interpretabatur promissiones omnes scripturarum) immutato vocabulo de industria populum suum Sarracenos appellauit tanquā Sarra filios, & non Agarrenos.

Sunt autem hi Sarraceni potentes non in Asia solum, sed in Africā quoque facti. Inde & in Hispaniam profecti eius quoque magnam partem diu tenuerunt.

## DE QVARTA MONARCHIA

tenuerunt. Italiam etiam sepe per incurssionem ingressi sunt.

De Turcarum origine.

**C**Aussa aduentus Turcarū ex Tartaria in Asia ea fuit, q̄ belligerantibus Sarracenis contra Persas, quæsterunt opem Persæ & Turcis. Hi vero Tartari fuerunt iuxta Caucasum montem. Contigit id non diu ante Carolum Caluum, circiter annum Christi octingentesimum septuagesimū. Post hanc expeditionem sensim in Asia Turcæ manere cœperūt, perinde ac fieri plerunq̄ solet, quū exterorum hominum subsidia aduocantur. Quando autem militiæ exercendæ dediti erant Turcæ, factum est, vt imperij summa ad eos tandē deuolueretur. Et in primis Othomannus Turca potentia & viribus excellere cœpit, temporibus Cæsaris Alberti Austriaci primi, qui Cæsaris Rodolphi filius erat, erat id post natū Christum circiter millesimum & trecentessimum annum. Iam vero ab huius Othomanni temporibus Mahometis regnum in Turcici imperij appellationē abiit. Notatu dignum est hoc in loco, præsens illud Turcicū genus nationes subigere & dominari cœpisse temporibus primi Austriaci Cæsaris, & spes est, vt statim tandem ab Austriaci stemmatis imperatore reprimatur.

Imago huius Turcici regni plena terroris in sacris literis describitur, ne nesciremus hoc Satanæ regnum esse, & cuius potentia atque successu non absterremur à Christo ad Mahometicam impietatem deficientes. Ezechiel & Ioannes appellāt Turcas Gog & Magog.

Gog tentorium vocatur, Magog populus est extra tentoria, nā Tartari habitant in tentoriis. Et *Ezechiel* scribit Ezechiel permisisse Deum auge-



h potentia Gog propter peccata populi:  
Mahomet furor seu indignatio est.

Turca militem seu depopulatorem significat:  
Methodius vocauit hunc populum rubeos Iudeos, propterea quod ceremonias quaedam a Iudeis mutuati sint. Neque vero Germani Iudei erant, sed rubei Iudaei appellati sunt, vel quod sanguinis ac caedis auidi erant, vel quod Mahometes ab Edom ex Arabia ortum duxerat, nam Edom rubeus est. Methodius autem ait Gog & Magog ultra Caspios montes, hoc est, Caucasum conclusos fuisse, & vulpem illis meatum facturam esse. Vulpes haec Mahometes est, nam per legem Mahometicam prouocati potentes facti sunt, & dominari coeperunt.

Supra diximus, quo pacto ad occidentem Romana Monarchia collapsa sit. Iam vero per Mahometistas Aegypto, Syria, Asia & Africa priuati sunt Caesares, donec tandem a Turcis hodie Graecia & quicquid erat reliquum captum atque vastatum est.

Bonifacio quarto successit. 71. papa, Deus dedit, tempore Heraclij.

Post hunc. 72. factus est pontifex Bonifacius quintus. Huius temporibus fuit S. Gallus, is Christianam doctrinam Germania superiori docuit.

Post hunc factus est. 73. papa Honorius primus & huius tempestate Mahometes fuit.

Honorio primo mortuo creatus est. 74. pontifex Severinus.

Seuerino successit. 75. papa Ioannes quartus.

Post Ioannem quartum, factus est. 76. papa Theodosius Grecus.

Anno Christi 641.

Constantinus Heraclij filius, 58. Cesar regnavit quatuor mensibus, a nouerca Martina veneno neca

## DE QUARTA MONARCHIA

necatus est, vt suū filium Imperatorē designaret.

Anno Christi 642.

**H**eracleonas Heraclij filius. 59. Cæsar imperasit  
uit duobus annis post sublatum Constanti-  
num. Senatus autem populusq; Constantinopoli-  
tanus cognito scelere, in matrem & filium Hera-  
cleonam confurgens, hunc naso deciso, illam lin-  
gua mutilatam vnâ cum patriarcha in exilium re-  
legarunt, à quo adiuti erant in patrandō scelere.

Anno Christi 643.

**C**onstans Constantini filius. 60. Cæsar, regnas-  
uit. 27. annos. Ad orientē à Sarracenis, In Ita-  
lia à Longobardis victus est. Homo auarissimus  
fuit, & à suis tandē in balneo occisus est Syraculis.

Theodoro successit. 77. papa Martinus primus  
Constante imperatore.

Martini primi successor fuit. 78. papa Eugeni-  
us primus.

Eugenium sequutus est. 79. papa Vitalianus.

Anno Christi 670.

**C**onstantinus Constantis filius. 61. Cæsar impe-  
rauit. 17. annos. Pogonatus dictus est, hoc est,  
barbatus. Septem annos bella gessit cum Sarrace-  
nis, quorum vna in pugna triginta millia cæsa sunt  
adeo q; debilitatis eorum viribus coacti sint pa-  
cis condiciones petere ab imperatore Constanti-  
no, que concessę sunt illis, sed hac lege vt quotan-  
nis tributa penderent Cæsari.

Post Vitalianum factus est. 80. papa Adeoda-  
tus temporibus Constantini Pogonati.

Post Adeodatū factus est pontifex. 81. Donus.

Donum sequutus est in papatu. 82. Agatho.

Post Agathonē. 83. factus est papa Leo secundus

Leonem secundo successit. 84. papa Benedictus  
secundus.

Post

Post hunc factus est. 85. papa Ioannes quintus.  
Ioannem quintū sequutus est. 86. papa Conon

Anno Christi 687.

**I**ustinianus Constantini filius. 62. Cæsar, regna-  
uit annos. 16. sed non cōtinuos. Nam simulatq;  
annis decem præfuisset imperio Iustinianus, deie-  
ctus est & expulsus à Leoncio, qui regnavit pulso  
Iustiniano tribus annis. Leoncius captus est à Ti-  
berio Absimaro, qui post eum imperavit annos  
septem. Inde vero restitutus est Iustinianus, & ca-  
ptos Leoncium & Tiberium ac humi coram se  
prostratos pedibus conculcavit, & palam clamari  
iussit: Super aspidem & basiliscum ambulabis, po-  
stea obruncati sunt.

Post Cononem factus est papa. 87. Sergius, &  
tunc magnę dissensiones fuerūt propter electionē  
Huius temporibus Beda vixit in Anglia.

Sergium sequutus est papa. 88. Ioannes sextus.

Ioanni sexto successit. 89. papa Ioānes septimus

Ioanni. 7. successit. 90. papa Zosimus.

Zosimū sequutus est. 91. papa Constantinus.

Anno Christi 713.

**P**hilippicus Bardesanes. 65. Cæsar anno vno &  
sex mensibus regnavit, à præfecto suo captus  
imperio deicitur, & oculis priuatus est.

Anno Christi 715.

**A**nastasius. 66. Cæsar, regnavit anno vno et mē-  
sibus tribus. Et is est à duce suo Theodosio ca-  
ptus, & destitutus regno, & vt solitarius degeret  
in monasterium detrusus est.

Anno Christi 717.

**T**heodosius. 67. Cæsar vno tantū anno impe-  
rauit. Imperium deseruit quū videret inuadsi  
se à Leone, & diffideret regnum se posse retinere,  
monachus factus in priuata vita decessit.

Anno

## DE QUARTA MONARCHIA

Anno Christi 718.

**L**EO tertius. 68. Cæsar regnavit annos viginti quatuor. Appellatus est Iconomachus, hoc est imaginum expugnator, propterea quod imagines ac statuas sanctorum è templis auferri & incèdi mandavit. Sub hoc Constantinopolis vrbs octo annorum spatio obsidionem passa est à Sarracenis, qui & propter famis & pestilentie magnitudinem summa calamitate pressi sunt in eadem obsidione. Quin & à Bulgaris, qui Cæsarem adiuuabant, cæsi sunt. Præterea quoque naues Sarracenorum igne peculiarari arte factò sub aquis incensæ conflagrarunt.

Post Constantinum factus est. 92. papa Gregorius secundus temporibus Leonis Iconomachi.

Gregorio secundo successit. 93. papa Gregorius tertius.

Anno Christi 742.

**C**ONSTANTINUS Leonis filius. 69. Cæsar, regnavit trigintaquatuor annos, dictus est Copronymus, propterea quod in baptismale aquas cacavit. Statuarum quoque eversor fuit.

Anno Christi 777.

**L**EO quartus Copronymi filius. 70. Cæsar, regnavit annis tribus.

Anno Christi 783.

**C**ONSTANTINUS Leonis quarti filius, septuagesimus primus Cæsar, regnavit una cum matre Irene decem annos. Erat hæc Atheniensis, et supra muliebrem captum prudentissime imperavit, & summa cum laude omnium. Postea imperio deicæta matre, regnavit filius annos quinque. Verum Constantinopolitani non ferentes eius flagitia, revocarunt ab exilio matrem, quæ regnavit postea tribus annis. Itaque & Hyrene & Constantinus in imperio fuerunt simul annos octodecim, vsque ad

ammm

## LIBER TERTIVS

103

Annus à nato Christo octingentesimum primū.  
 Quāq̄ autem Constantinopoli Christiani Cæsares semper fuerunt, qui & Romanos se imperatores nominarunt, donec à Turcis tandem occupata ciuitas est, tamen interim dum potestas regni ita labefactari cœpisset, q̄ Cæsares neq̄ nomen suū, neq̄ Italiā tueri possent, coacti sunt Romani pressidia à Francis postulare, quorum potentia tum maxima erat. Proinde Cæsarei nominis maiestas ad Carolum deuenit. Et quia nostri Imperatores magna fortitudine semper tutati sunt, & tenuerunt Italiā, consulto hic prætermitemus Græcos imperatores, (nam fuerunt alioqui homines molles, & planè inepti rebus magnis gerendis) ac nostros Cæsares, qui ob insignes virtutes, præclaraq̄ facta merito cōmendari debent, ordine recensēbimus.

Gregorio tertio successit. 94. papa Zacharias, hoc conuiente vetus Francorū rex Hilderichus imperio destitutus in monasterium detrusus est, & Pipinus eius loco suffectus est in regno. Nam veteribus regibus iam ad egestatem redactis, omnis potentia ad principes deuenerat. Porro ætate Zachariæ huius Diuus Bonifacius in Germania prædicauit.

Zachariæ successit. 95. papa Stephanus secundus, is prouocauit Pipinum in Italiā contra Longobardos, quorum regem obsidione cinctum redēgit ad petendas & seruandas leges pacis.

Post Stephanum secundum creatus est. 96. papa Paulus primus.

Paulo primo successit. 97. papa Stephanus tertius. Huius tempore contentiones & tumultus ingentes contigerunt Romæ propter electionē pontificis, Constantinus quidam vi designatus pontifex, & iterum papatu deiectus, omnibus

○

etiam

## DE QVARTA MONARCHIA

etiam, quos ordinauerat, destitutis & reiectis.

Stephano tertio successit. 98. papa Adrianus primus. Is pellexit Carolū magnū in Italiam aduersus Desiderium Longobardorum regem.

Adrianum sequutus est papa. 99. Leo tertius.

In hunc seditioso tumultu exorto Romæ, profugit ad Carolū magnum, a quo restitutus est. Et is Carolū Cæsarem decreuit, & corona donauit.

De Germanis Cæsaribus.

### CAROLVS MAGNVS.

Anno Christi 801.

Anno mundi 4745.

Anno Romę 1351.

**C**arolus Magnus Romæ ipso die natalis Domini imperatorio diademate coronatus est a Leone tertio. Initium hoc est translati imperij ad Germanos, & translatione hac iterum Italię et occidentali regno potentissimum caput, & firmissimum præsidium cōtiguit. Etsi enim Germanici imperatores potētia pares non fuerunt semper, quō admodum & nullo in regno vel viribus vel felicitate pares extiterunt reges omnes, tamē virtute tales fuerunt plerumq; , q̄ ex periculis liberarunt Italiam, et ad Occidentem non solum in rebus publicis tranquillitatem, sed in ecclesia religionem quocq; integram conseruarunt. Etsi res gestas atq; mores nostrorum Cæsarū æstimare uoles, iudicabis eos prudentia excellentes principes, & minime barbaros fuisse, & nulla in re censendos esse inferiores summis illis & cōmendatissimis imperatoribus, Traiano Augusto, Adriano, Constantino, imō etiam si recte reputes, adfirmabis plus etiam honestatis & modestiæ in nostris extitisse, quā in illis. Id quocq; reperies, a nostris ex nulla

am

ambitione vel priuati commodi cupiditate bella suscepta esse, sed ex necessitate solum ad conseruandam religionem, & pro tuenda imperij libertate, atq; salute subditorum.

Ego vero conscius mihi, meæ tenuitatis, quam quàm neq; iudicare neq; dicere de virtutibus magnorum hominum pro dignitate potero, tamen animus est aliquos principes præ aliis cōmendare. Existimo enim pertinere ad officiū cuiusque historici, vt nonnunq̄ in optimarum quarūq; virtutum commemorationem digrediatur, easq; propter imitationis exemplum veluti spectandas exhibeat lectōri. Iam vero in humanis rebus nihil neq; honestius, neq; iucundius esse potest consideratione & cognitione heroicarum virtutū in summis hominibus. Proinde optarem ego nostros Germanicos Cæsares Germanis nostris ob oculos positos esse ita, vt virtutes eorum cognoscerent & admirarentur, mirū enim quantum vbiq; hoc ad emendationem esset facturum, atque adeo ad flammam quandam excitandam in animis bonorum virorum in imitando. Sunt autem hi principes haud dubie, mea quidem sententia, tales, vt digni sint, qui multis partibus antiquis Romanis anteponantur, siue prudentiam, siue fortitudinē, siue denique honestatis & modestiæ studia voles æstimare.

Carolus Magnus.

Lodouicus Pius Caroli filius.

Post hos sex Saxones.

Henricus primus,

Otho Magnus,

Otho secundus,

Otho tertius;

Henricus secundus qui Bāberge sepultus est.

Lotharius Saxo.

## DE QUARTA MONARCHIA

Et hi Franci.

Conradus.

Henricus Conradi filius.

Et hi item Sueui.

Fridericus Barbarossa.

Fridericus secundus.

Postea Rodolphus,

Sigismundus,

Maximilianus:

De Germania & occasione regni

Francorum.

**I**mperio Romanorum tota Germania non pre-  
rebat, sed eas tantum regiones tenebant, que in-  
ter Rhenum & Danubium sitæ sunt. Et magnos  
interim labores Cæsaribus prebuerunt nostri, do-  
nec ab illis subigi & retineri potuerunt.

Augusti enim temporibus in Germania bella  
gessit Drusus & Germanicus, postea Caius, &  
post hunc Vitellius, Domitianus. Traianus infe-  
riorem Germaniam ad Moganum vsque subege-  
rat. Maximinus vsque ad Herciniam syluam pe-  
uenit. Valerianus in superiori Germania cum ex-  
ercitu fuit, post hunc sub Gallieno comoti Franci  
insurgere coeperunt, sed ab imperatoribus subse-  
quitis aliquoties sedati sunt eorum impetus. Au-  
relianus enim prope Moguntiam vicit eos. Pro-  
bus preclaris & magnis victoriis vsus est in Ger-  
mania inferiori. Constantius Spiram urbem con-  
didit. Iulianus, Valentinianus & Theodosius si-  
militer Alemanos & Francos represserunt, & eas  
quæ Rheno adiacent regiones, simul & Sueuiam  
occuparunt. Verum posteaquam potentia Fran-  
corum, & Alemanorum crescere coepisset, Cæsa-  
res in Germaniam non redierunt. De prima  
origine Francorum variè fabulantur quidam, sed  
pro certo habetur Germanos superiores eos fu-  
isse



esse Augusti tempore. Nam ante Augustum de  
 Germaniæ statu nihil certi habetur ex historiis.  
 Porro fuisse Francorum tantam apud Germanos  
 vetustatē, id ex Strabone liquido probari potest,  
 qui tempore Augusti historiam scripsit, et militiā  
 vna cum Romanis sequutus est. Strabo autem  
 Francos Vindelicis, hoc est, Bauaris coniunctos  
 esse dicit, quibus hodie quoque ex parte sunt con-  
 termini. Motus Francorum ex hac cœpit occa-  
 sione: Temporibus Gallieni Cæsaris, Dux apud  
 Germanos Posthumus erat, is propter singularem  
 probitatem, & virtutes in administrando impe-  
 rio à populo Cæsar creatus est, Gallieno interim  
 otio & luxu Romę diffuente. Cæterū simulatq;  
 accepit Gallienus imperatorem designatum Post-  
 humum, mittit aduersus eum instructas copias.  
 Posthumus contra et suos quoq; in armis paratos  
 esse iubet, inter quos vel precipui Franci fuerunt.  
 Et quanquam postea per insidias clari trucidatus  
 est Posthumus, tamen semel ad arma prouocati  
 Franci in expeditione manserunt semper, descen-  
 deruntq; à Mogano ad Rhenum, & trans Rhenum  
 Treuerim urbem eripuerunt Romanis primum,  
 postea Galliam ingressi sunt. Ceterum postquam  
 aduersus Attilam vna cū Romanis pugauerant,  
 coniunctissimi semper Cæsaribus fuerunt, adeo qd  
 pacto cum Francis inito Iustinianus Cæsar perm-  
 sit, vt eam Galliarum partem, quæ hodie adhuc Fran-  
 cia appellatur, suo imperio subditam retinerent.  
 Proinde simul & Rhenanas regiones, & Galliarum  
 partem occuparunt Franci, & vtraq; terra vnius  
 regni administratione seruabatur. Magne profes-  
 sio vbiq; laudes Francorum extant in historiis,  
 cum propter singularem prudentiam & foelicitatem  
 in regni gubernatione administranda, tum

## DE QVARTA MONARCHIA

vero q̄ in initio sui regni Christianæ religionis doctrinam amplexi sunt, eamq̄ propagari voluerunt. Interea & Alemanni quoq̄ ab imperio Romano descuerant Erant autem Alemanni Germani superiores, qui hodie Sueui Heluetij & Bauari appellantur. Itaq̄ post diuulsionem Romanæ monarchiæ diuisa primū est Germaniā in Alemanos & Francos. Sed Franci temporibus Pipini patris Caroli facti sunt domini Alemanorum, ideoq̄ ita partito imperio Germaniā superiorē regnū Orientale, & inferiorē simul & Galliā Occidentale regnū vocarūt, et ex hac partitione regnorū etiā hodie nomina illa in Germania sunt relicta.

Caroli Magni parentes Germanici principes & curiæ præfecti, adeoq̄ primarij gubernatores apud reges Francorum fuerunt; & ex officij delegatione Maiores domus tum dicti sunt. Id quoq̄ fertur, hæreditariū eorum ducatum & primū dominium fuisse, vbi nunc Comitatus Palatinus est circa Rhenum fluitium. Certum enim est, primi Palatini stemmatis ortū ex Caroli posteris fuisse. Tandem vero debilitata potentia regum sensim, & crescentibus principibus, factum est consentiēte summo pontifice, vt regni administratio ad hos principes transferretur, atq̄ ita Pipinus rex designatus Germaniā & Galliā pariter gubernauit. Pipino mortuo Francorum regno præfuit Carolus Magnus cognominatus annos trigintaduos ante adeptū imperiū, & postea imperator factus regnauit annos. 14. Itaq̄ in regno & in imperio pariter dominatus est. 46. annos, si in summā annorum numerū cōtrahas. Natus est in Ingelheim in Comitatu Palatino non procul à Moguntia vrbe. In initio regni sui in Aquitania bellum gessit contra Sarracenos, postea circiter annos triginta bella gessit

## LIBER TERTIVS

108

gessit aduersus Saxones, quos tandē subegit, vt & imperio parerēt, & religionis Christianę fidē amplecterētur, vt de aliis bellis multis & ingentibus nihil dicā, quę interea gessit atq; confecit quoq;.

Desiderius Longobardorum rex totius Italię imperiū adfectauit, et Romā profectus aliquot ex primariis ciuibus iussit occidi. Missis itaq; ab Adriano pontifice legatis ad Carolum, vt Romam & Italiam a metu periculi liberaret, (nā & pater Caroli Pipinus antea quoq; seruauerat Romā cōtra tyrannidē Longobardorū) profectus in Italiā Carolus, Pavię obsidione cōpressit Desideriū, & ad deditiōnē cōēgit. Ceterū vbi re ipsa cōperit Carolus seditiosam gentē Longobardorū quiescere nō posse (nam & antea quā eis tentata res erat, vt contenti finibus suis in regno resisterēt) atq; vt firma pax esset per Italiam, totā Longobardiam occupauit Carolus, in eaq; tanquā in suo regno prefectos & administratores constituit. Captū autē Desideriū vnā cum regina coniuge & liberis secum abduxit, & Leodij iussit conseruare. Exitum hunc habuit regnum Longobardorum in Italia quod annos ducentos & tres durauerat ab anno Christi quingentesimo septuagesimo secundo.

Iustino imperante vsq; ad annum Christi septingentesimum septuagesimum quintum. Is erat sextus annus regni Caroli ante adeptum imperiū. Nam etsi in hac expeditione Romanū profectus erat Carolus, & non solum in Longobardia, sed in ea quoq; Italię parte, quę vltra Romam est, pacauit omnia, tamen imperatorię Maiestatis titulum vsurpare sibi non volebat, ne Grecos suo honore & hac dignitate priuaret. Casareas vrbes Italię nulla in re violatas, pristinam libertatem reuertere permisit, sed Longobardorū regnū perinde

## DE QVARTA MONARCHIA

atq; suum retinuit, nam ne Cæsaribus quidem illud iam diu fuerat subiectum.

Tassilo Bauarię princeps bellum cōcitauit aduersus Carolum, sed oppressit eum Carolus vige simo sui regni anno, & occupato Ducatu, Tassilo vnā cum filio in monasterium detrusus est. Neq; vero temere vsus est Carolus tanta seueritate etiā in affinē, nam & antea tumultu excitato in gratiā receptus Tassilo à Carolo, fidē non seruauerat.

Anno tricesimosecundo Romā profectus Carolus Leonem papam restituit, aduersus quē tumultus concitauerant Romani, adeo vt profugere pontifex cogeretur. Iam vero quum re ipsa experiretur Carolus, pacem constabiliri non posse in Italia, donec libertate donata vrbes pro libidine agere omnia nō desisterent, necessitate coactus est totius Italię imperium ad se recipere. Tradidit autem Pontifici vrbes & regiones aliquot ad cōseruationem ministeriorum in Ecclesia. In nocte natalis Dominici exclamauit Papa, Carolum Romanorum Cæsarem, & semper Augustum esse. Et fertur, ad hęc respondisse Carolum: Nō venissem in templum, si quicq; tale futurum esse mihi cōstitisset prius. Neq; vero imperatorij nominis titulum agnoscere voluit sine consensu & suffragatione Constantinopolitanorum. Itaq; Irene mater Constantini & Nicephorus consenserunt, vt ad occidentem Carolus esset imperator, & in id consenserunt vltro, nam Constantinopolitanis cæsaribus regiones illę alioqui nō parebant amplius.

Porro simulatq; cęsar factus est Carolus & trāquillato iam magnis laboribus Italię statu bellum Hungaris inferre cōstituit. Et durauit hoc bellum annos octo, quo Hungari deleri sunt propemodum. Collocauit & Germanorū p̄sidia in Hungaria

garia Carolus ad conferuandū regnum, ex qua occasione etiam hodie Germani in Hungarię finibus habitant, quę septem castra appellantur. Refertur in historiis, Carolū ingētes opes retulisse ex Hungaria, & id vero consentaneum est, nam Hungari bello exercendo iam supra ducētos annos intenti, prędas egerant ex omnibus ferē nationibus, nulla interim in ipsorum regnū incursione facta ab hostibus exteris, inde haud dubie magni & pretiosissimi thesauri reperti sunt apud Hungaros. Interea temporis Caroli filius eodem nomine appellatus Bohemiam subegit, victo eorum rege Lechone, atq; ita demum totius Italię, Gallię, Germanię, Bohemię & Hungarię potētissimus monarcha factus est Carolus, & in tranquillum statum vniuersum imperium ad occidentē redegit, & redactum conseruauit. Itaq; propter has virtutes, & hanc animi fortitudinem, qua vsus est in rebus gerendis omnibus, meretur Carolus inter eos heroes recenseri, quos subinde orbi donauit deus ad respublicas reparandas, ad iustitiam, ad æquitatem, pudorem, deniq; ad modestię & publicę pacis leges restituendas inter homines, quales fuerūt olim Dauid, Hercules, Cyrus, Alexāder, Iulius, Augustus, Constantinus, Theodosius. In primis autē in Caroli rebus gestis notatu dignum est, tumultuari eum plerumque in maximos principes, et potentia excellentes reges, nam ad eos reprimendos subinde mittit deus præcipuos Monarchas, perinde ac nostra ætate Carolus quintus Gallorum insolentiā, luxum atq; libidinem Romanorum, & Venetorum potētiam refrenauit.

Atqui vero non armis, et bellis gerendis solum decet summos monarchas claros esse, sed respublicas quoq; instituere ex honestis legibus, & doctrinis

## DE QVARTA MONARCHIA

na religionis. Id vero imprimis curæ fuit Carolo, Concilia aliquot Romæ celebrari curauit, & Francofordiæ, & in Gallia aliquoties. Quin & tria publica gymnasia instituit ad propagandam & conseruandam doctrinam Christianæ religionis, vtpote Bononiæ, Luteciæ Parrhisiorū in Gallis, & Paduæ. In Germania similiter multa monasteria erexit in vsu iuuentutis instituendæ scholarum loco. His adde quod Francorum ius quoq; in ordinem redigere, & legum libros cōscribi iussit. Nam vetus illud ius Romanorum iam diu antea per Longobardos & Francos oblitteratum erat.

Item & antiquas historias Germanorum, & cantica in vnum colligi præcepit, quibus adeo delectatus fertur, vt edisceret ea.

Germanice & Latine dicendo disertissimus fuit, fuit & Græcæ linguæ non imperitus, nã ipse Græcos legatos audiuit, & Græcæ respondit, verum in longa & continua oratione latinis verbis vsus est. Etia hodie versus extant, non prorsus inculti, quos ipse in obitū cognati sui Rolandi fertur conscripsisse. In senectute Astronomicis disciplinis operam dedit, domi inter prandendū & cœnandum lectio- ne librorum Augustini delectatus est.

In templo horas canonicas vnâ cum sacerdotibus cantauit, & sacras lectiones quoq; & id etiam suo exemplo principes reliquos voluit facere, quibus ipse præscripsit lectiones, quæ ad suam & ipsorum emendationem videbatur pertinere. Erat enim doctrinæ Christianæ non vulgaris amator, in vitæ ceteris moribus talem se declarauit, vt qui nulli pietate secundus esse posset. Præter hæc & Christianis in exteris regnis pecuniarum subsidia misit, & impetrauit apud Sarracenorū reges, vt Christiani nominis professores clementius tractarentur.

LIBER TERTIVS 116

Ventis & mensibus quoq; ea nomina imposu-  
it, quæ hodie adhuc sunt in vsu, ita vt ex his omni-  
bus facile æstimare liceat, hunc Cæsare magnis viri-  
tutibus, & summa fœlicitate in rebus gerendis à  
deo fuisse exornatū, vt merito Magni cognomen  
to possit appellari. Quum esset omnibus his virtus  
tibus toto iam orbe clarus, constabilita pace, repa-  
ratis legibus, redacto in ordinem religionis statu,  
vt præcideret magnorum incommodorū occasio-  
nem, ante obitum suum Lodouicum filium suum  
heredem & successorem in imperio destinauit, po-  
stea Aquisgrani moritur anno sue ætatis septuages-  
simosecundo. Ante obitum Caroli pons per Rhes-  
num traiectus prope Mogunciam deflagrauit, qui  
ingentibus impendiis Caroli per decennium ex-  
structus erat, portendit hoc incendium non multo  
post Germaniam à Gallia diuellendam esse.

Lodouicus pius secundus Germanus Cæsar.

**A**Nno Christi. 815. Imperij administrationē au-  
spicatus est Lodouicus Pius Caroli filius, re-  
gnauit annos vigintis sex. Carolus plures filios ha-  
buit, qui ante obitum patris mortui sunt. Lodouis-  
cus in initio sui imperij pacis fœdera inita à patre  
Carolo cum Constantinopolitanis renouauit, &  
rata esse voluit. Postea Lotharium filium imperij  
consortem delegit, vt in Italia regnaret, missus Ro-  
mam à Paschali pontifice imperiali corona insigni-  
tus, Augustus est appellatus. Inde apud Aquisgra-  
num à Lodouico conuentus est habitus pro refor-  
mando ecclesie statu, & summa diligētia effecit, vt  
ministeris ecclesiarum necessaria subsidia vite præbe-  
rentur. Trāfactio quoq; inter eum, & Romanum  
pontificem facta est, vt posteris certo constaret,  
quæ pars ad pontificem, & quæ ad imperium per-  
tineret.

Pius

## DE QUARTA MONARCHIA

Pius hic imperator à Lothario filio ex consilio Episcoporum & principum quorundã captus est, propterea q̄ timebat fore, vt ex nouerç instinctu imperium à se in iuniorem fratrem transferret, sed liber factus Lodouicus ad imperij gubernationẽ rediit, & Lotharium filium vi in Italiam abire cõpulsit, tandem vero in gratiam patris receptus est.

Post Leonem factus est centesimus Papa Stephanus quartus. Is cõfirmationem sui pontificatus à Lodouico petiit.

Stephano successit. 101. Papa Paschalis, & hic ad Lodouicum pro confirmatione legatos misit.

Paschalis successor fuit. 102. Papa Eugenius secundus.

Post Eugenium secundum factus est. 103. Papa Valentinus.

Valentino successit. 104. Papa Gregorius quartus. Recusauit recipere pontificatum priusquam à Lodouico confirmaretur.

Lotharius primus huius nominis, tertius Germanicus Cæsar.

**A**Nno Christi. 841. post mortem Lodouici Pij, regnauit Lotharius filius eius annos quindécim. Sed quæ hæctenus sclicitas huius generis fuit, iam sub Lothario mutata est. Lotharius plures fratres habuit, Lodouicum Germanicum & Carolũ Caluũ, inter quos dissensio fuit propter diuisionẽ, ex qua non minus ingens, q̄ luctuosum bellum exortum est. Etenim in Gallia tanto inter se cõslictu congressi sunt fratres, quòd, vt testantur historiae, Francorũ vires adeo sint debilitate in eo certamine, vt postea nunq̄ potuerint in integrum reualescere. Victores fuerunt Lodouicus Germanicus et Carolus Caluus. Post commissam tantam cladem factus induciis per principes in gratiã redacti sunt fratres.



## LIBER TERTIVS

172

fratres. Lodouico cessit Germania, Sueuia, Bava-  
ria, Bohemia, Austria, Francia Orientalis, Thuringia,  
Saxonia, & quicquid erat vsq; ad Rhenum flu-  
uium. Lodouicus hic Germanicus rex est dictus,  
& magnæ de eo laudes referuntur, huius posteri  
sunt Francorum duces reliqui sequentes. Bohemi-  
am quoque ad recipiendam fidem Christianam  
adduxit.

Carolo Caluo maxima pars Gallix in heredita-  
ria transactione contigit, & ab hoc sequentes reges  
Gallorum originem ducunt.

Lotharius Italiam retinuit, & Galliam Narbo-  
nensem, & eam quoq; partem, quæ etiamnum Lo-  
tharingie nomine appellatur, mansit & apud hunc  
Cesareæ celsitudinis eminentia. Itaq; hac occasione  
Gallia à Germania distracta est tandem, postea Lo-  
tharius imperij gubernationem Lodouico secundo  
filio suo commisit, & ipse iam natu grandis mona-  
chorum habitum sumpsit.

Cometę nō pauci hoc anno ante dissensionem  
& bellum hoc fratrum apparuerunt.

Post Gregorium quartum factus est. 105. Papa  
Sergius secundus, is primum mutauit suum nomē,  
nam fertur antea os porci eum fuisse appellatū, ab  
hoc Lodouicus secundus Lotharij filius coronatus  
est Romę.

Sergio secundo successit Papa. 106. Leo quartus,  
is Anglicam arcem Romæ extruxit, per delatores  
accusatus est apud Lothariū, q; aduersus eum mo-  
liretur imperij sublimitatem à Francis ad Græcos  
transferre. Itaq; quū Romam profectus esset Lo-  
tharius, expurgauit se Papa.

Post Leonem quartum factus Papa Ioannes  
octauus, hunc Moguntie natum, & sceminam fuisse  
se ferunt.

Post

## DE QUARTA MONARCHIA

Post Ioannē octauum factus est. 107. papa Benedictus tertius, sub hoc tempus magnę contentiones & tumultus exorti sunt propter electionem sed hos sedauit Lotharius.

Lodouicus secundus, quartus  
Germanus Cęsar.

**A**Nno Christi. 856. imperium assumpsit Lodouicus secundus Lotharij filius regnauit annos viginti. Sarracenos magno impetu Italiam ingreffos repressit, et superauit, reparata per Italiam pace moritur, Mediolani sepultus est.

Post Benedictum tertium factus. 108. Papa Nicolaus primus.

Nicolao successit. 109. Papa Adrianus secundus a sacerdotibus, & populo electus.

Post Adrianum secundū factus est. 110. Papa Ioannes nonus. Is cōspiratione facta cum Gallorum regibus a Germanis imperij maiestatem studebat transferre in Carolum Caluū, deinde in Lodouicum Balbum eius filium, sed imperiū per vim retinuerūt Germani, id quod postea dicemus. Interea dū hæc molitur pōtifex, captus est, sed elapsus profugit in Gallias ad Lodouicum Balbum.

Carolus Caluus Cęsar ex Gallia.

**A**Nno Christi. 876. Romam venit Carolus Caluus, & adiuuante pontifice Ioanne nono Cęsar designatus, regnauit annis duobus. Erat Lotharij frater Carolus Caluus Pij filius, cui in diuisione regnorum Gallia contigerat. Iam vero machinabatur Romanus Pontifex imperij maiestatem a Germanis ad Gallos transferre, verum id ferre noluerunt Lodouici Germanici filij, quod ubi audisset Caluus, comminabatur tam innumerabiles hostium copias trans Rhenū se ducturū, vt vel ab equis exhausto Rheno, exercitus siccis pedibus posset transire.

## LIBER TERTIVS

VII

transire. O impudentes nimium Gallorum minas. Instructo autē exercitu ad quinquaginta millia Coloniā vsq; descendit, & apud Andernacū oppidū a nepotibus suis filiis Lodouici Germanici cesus est

Proximo anno profectus est in Italiā Caluus, quo eū sequuti sunt nepotes duo illi Lodouici filij. Cognita hac fama subito ex timore morbo correptus interiit. Interea tamen pertinaciter in transfereudo imperio laborat Ioannes pontifex, & voluit Calui filiū patris loco succedere. Proinde a Germanis legatis, & qui his addicti erāt, captus est Roma, sed elapsus ex eorum manibus ad Gallię regē profugit, vbi Lodouicum Balbum Calui filium Cæsarem creauit. Balbus hic non amplius duobus annis post Calui patris mortem superstes vixit. Atq; ita demum adfectatio imperij infeliciter cessit Gallis, & simul fallacibus technis suis frustratus est pontifex.

## CAROLVS CRASSVS

quintus Germanus Cæsar.

**A**Nno Christi. 881. imperium ad Germanos rediit. Etenim ingressis iterū Italiam Sarracenis, & depopulantibus omnia, reuocarunt Romani ex Gallia pontificē, erat enim subsidio opus Italis contra Sarracenos, & mortuo rege Gallię quum nondum esset ætate adultus regius hæres, magnæ passim dissensiones in Gallia concitabantur de administrando regno, donec regius filius adolesceret.

Itaq; hac necessitate compulsus Papa subsidia Germanorum implorauit ad eripiendā Italiam ex metu periculorū. Venit tum in Italiam Carolus Crassus Lodouici Germanici filius, & profligatis Sarracenis imperialem coronam accepit anno CHRISTI. 882. Regnauit Carolus post acceptum diadema annos. 9. Sub id tempus Normandi irruētes in Gal

## DE QVARTA MONARCHIA

In Galliam tanta vbiq; damna intulerunt, q; coacti sunt Galli p̄sidia à Germanis postulare, estq; om̄nium consensu Carolus rex Gallie designatus, atq; ea demū occasione & Germanie & Gallie regnū obtinuit Carolus Crassus iterum. Cæterum non multo post eadem hæc regna dirempta sunt. In Mo-  
rauico bello molestie & laboris impatiēs Crassus, relicto imperio, fratris sui filium Arnolfum Cæsa-  
rem constituit, à quo destinati sunt Carolo in im-  
perio tanti redditus, quanti satis esse potuerunt ad  
regium apparatus, donec viueret.

Arnolfus sextus Cæsar Germanus.

**A**Rnolfus Carolomani filius, Bauarie, Sueuie at-  
que Frācorum dux, Caroli tertij nepos, eidem  
in imperio successit, anno Christi. 891. regnavit  
annos duodecim, primum Morauios vicit, deinde  
Normādos, qui iam ex Gallia reuersi ad Rhenum  
vsq; peruenerant, & Vuormaciam profecti Mo-  
guntinensem Episcopum supplicio adfecerunt. Vi-  
cti à Cæsare Normandi Christianam fidem tan-  
dem amplexi sunt. Postea vbi dux Spoletanus Wi-  
do per tumultū Cæsar esset creatus, in Italiam pro-  
fectus Arnolfus magna vi Romam cepit, & à For-  
moso pontifice Maximo coronatus. Itaq; occupa-  
ta rursus Italia in exiliū pulsus est Vuido. Burgun-  
dionum quoq; ducatum Germanico imperio res-  
tituit.

Ioanni nono successit. 111. Papa Marinus.

Marino successit. 112. Papa Adrianus tertius.

Adrianū. 3. sequutus est. 113. Stephanus quintus.

Post Stephanum quintum factus est Papa. 114.

Formosus. Iterum tum ingens dissidiū fuit Romæ  
de electione, nam & Sergius simul pontifex crea-  
tus est, sed pulso Sergio à fautoribus Formosi, ad-  
scitus est Cæsar à Formoso in Italiā, vt ea occasio-  
ne Pa-

ne Papatum retineret. Etenim profugerat in Gal-  
liam Sergius, & moliebatur presidio Gallorū pon-  
tificatum consequi. Ceterū post annos aliquot pon-  
tifex factus est defuncto Formoso, & maiorem, q̄  
debuisset pro pontificia māsuetudine, tyrannidem  
& insolentiā exercuit. Effossum Formosi cadauer  
degradari mandavit, & capite truncatum in Ty-  
brim fluviū cum summa ignominia abiici. Scribūt  
Sergium hunc plane incultum, & nulla præditum  
eruditione fuisse, id quod crudelia eius facta satis  
arguunt.

Formoso successit Papa. 115. Bonifacius sextus.

Post Bonifacium. 6. factus est Papa. 116. Stepha-  
nus sextus, hic rescidit & damnauit omnes ordina-  
tiones Formosi.

Stephanum sequutus est. 117. Papa Romanus.

Romani successor fuit. 118. Papa Theodorus se-  
cundus.

Post Theodorum secundum factus est. 119. Papa  
Ioannes decimus, hic reiectas à Stephano sexto ori-  
dinationes Formosi iterum recepit, et approbavit.

Post Ioannem decimum factus est. 120. Papa Be-  
nedictus quartus.

Post Benedictum quartum factus est. 121. Papa  
Leo quintus, captus hic est à Cristophero.

Post Benedictum quartum factus est. 122. Papa  
Christopherus, captus hic est à Sergio tertio.

Post Christopherum factus est. 123. Papa Ser-  
gius tertius. Is humatum corpus Formosi truncari  
capite iussit. Res pleha horroris est vel legere vel  
meminisse tantam tyrannidem inter se mutuo ex-  
ercuisse pontifices Romanos, et fieri non potuit in  
tanta crudelitate, vt Christianę pietatis ratio habe-  
retur, ne cui mirum sit interim, si qui abusus & pe-  
uerse opinioniones in Ecclesiam irrepserunt.

## DE QVARTA MONARCHIA

Lodouicus tertius huius nominis septimus  
Germanus Cæsar.

**A**Nno Christi. 903. Lodouicus Arnolſi filius pa-  
tri in imperio ſucceſſus regnauit annos decem.  
Coronam accepiſſe nuſquam legitur. Etenim mor-  
tuo Arnolſo Hungari maximo impetu Germania  
am inuaſerūt, his oppoſuit ſe optimus princeps Cæ-  
ſar Lodouicus, & grauiter proſtrauit eos apud Ly-  
cum fluuium, ſed ab illis poſtea viciffim victus eſt,  
tum vero victores Hungari maximas vbique cala-  
mitates & damna incredibilia Sueuis, Francis, Ba-  
uaris & Auſtriacis intulerunt, trucidatis quibuſuis  
ſine delectu & commiſeratione, templa, vrbes, vil-  
las, pagos, omnia deniq; incendio deuſtarunt.

Poſtea Italiã ingreſſi ſimili crudelitate uſi ſunt.  
Erat tum Foroiulij princeps Berengarius, qui col-  
lectis ingētib; copiis aduerſus Hungaros, quanq̃  
interim parum ſœliciter pugnaret, tamen ex ea ex-  
peditione tantã exiſtimationē nominis conſequu-  
tus eſt, quòd poſtea Cæſarem ſe voluit nominari.

Cunradus primus huius nominis, octauus  
Germanus imperator.

**A**Nno Chriſti. 912. Cunradus deſignatus Cæſar,  
regnauit annos ſeptem, ceterū à pontifice coro-  
natus non eſt. Lodouici tertij ex fratre nepos erat,  
dux Francorum fuit, & nouiſſimus ex nobiliſſima  
poſteritate Caroli magni, id quod ex ſubſcripto  
Genealogiæ ordine poteris æſtimare quem ideo  
ſubiecimus, vt cognoſcatur quantis caſibus, et q̃ va-  
riis viciffitudinibus expoſitum fuerit regnum Ger-  
manorum, id quod legi citra ingentem admiratio-  
nem non poteſt. Illud enim vbicq; videre licet, flo-  
rere aliquandiu maxima regna in mūdo, ſed tandē  
debilitari, & turbulentis motibus miſceri, interim  
diuino tamen fato ſic ſeruari, vt non proſus intere-  
ant,

ant. Lodouicus tertius nullū filium reliquit, ideoque Franci & Saxones pariter contendebāt Othonem Saxonum ducem Cæsarem designare, verum restitit optimus princeps, nolēs eam ignominiam generosissimę stirpi Caroli inferri. Proinde Cunradum Francorum ducem Cæsarem creandum consuluit. Itaque successit Cunradus in imperio, sed in maiori autoritate Otho erat, & viuente Cunrado plura negocia quoq; in imperio confecit, interim tamen summa fide & integritate vsus est erga Cunradum Cæsarem.

Interea autē dux Foroiulianus Berengarius Imperatoris sibi nomē vsurpabat in Italia, instigauitq; Hungaros, vt iterū Germaniā depopularentur, sed hos superauit Cunradus præsidio Othonis ducis.

Porro mortuo Othone, timebat fortasse Cunradus Cæsar, ne Othonis filius Hæricus Auceps potentia nimium cresceret, itaq; subtraxit partem illum quę Othoni patri antea concesserat. Et quum id æger time ferret Henricus, conatus est Cæsar per insidias eum opprimere, & ad id perficiendū subornatus est Moguntinus Episcopus. Sed insidię patesactę sunt: tum vero vehementer cōmotus Henricus ad suos rediit, & ea omnia eripuit Moguntino præfuli, quę eius ditioni in Thuringia atque in Hassia subiecta erant. Hinc vero ingens bellum inter Francos & Saxones ortum est.

Cæterū moriturus iam Cunradus accersito ad se fratre suo duce Ebrardo mandauit, vt imperiale diadema ad Henricum Saxonum ducem deferret; nam hunc existimabat dignissimum imperij administratione: hortatus quoq; est Ebrardū principem summa diligentia, vt bello quod aduersus Henricum Saxonem susceperat finē imponeret, ne Frāci superstites adhuc e surpe prorsus interirent. nam sa

## DE QUARTA MONARCHIA

tis considerare se fortunari res Henrici diuinitus: Consilio huic paruit Ebrardus dux ultro, & trāsata ad Henricū corona, & firmata vtrinque pace fidū se postea Henrico prebuit. Atque hac occasione contigit, vt imperium à Caroli posteris ad Saxones sit translatum.

### GENEALOGIA CAROLI.

Carolus Magnus Imperator.

Lodouicus Pius Imp. huius filij hi tres fuerunt.

Lodouicus Germanicus Alemāniā habauit & Bohemos subegit, eius filij fuerunt.

Lotharius Imp. Lotharingiani & Italiā habuit.

Carolus Caluus Gallię rex, filius huius Lodouicus Balbus rex Gallię.

Lodouicus. 2. Imp. Sarracenos ex Italia propulsauit. Trāslatū à Papa imperiū ad Gallos in Caluū restituerunt Germanis, Lodouici Germanici filij.

Lodouicus, Carolus Crassus qui Caluo imperium eripuit, & Carolomanus.

Carolomani filius Arnolfus, qui post Crassum imperauit. Arnolphi filij.

Lodouicus tertius imperator.

Cunradus, & huius filij fuerunt.

Ebrardus cuius posteris sunt Frācorū principes.

Cunradus postremus ex hoc genere Cæsar.

Non multo post et Gallię regnum à posteritate Caroli translatum est. Vsq̄ adeo in humanis rebus nihil in suo statu perpetuo firmum persistit, vt vel summorum heroum progenies nunc in altum elatas florere, nunc rursus in imum deiectas frangi & debilitari dicas.

Post Sergium factus est. 124. Papa Anastasius tertius.

Post Anastasiū terciū factus est. 125. Papa Lando  
Post



Post Landonem factus est. 126. Papa Ioannes undecimus.

Henricus primus Auceps cognominatus, nonus Germanus Cæsar.

**A**Nno Christi. 920. Cæsar factus Henricus primus Auceps dictus, Saxonix princeps, regnavit annos septendecim. A pontifice Maximo coronatus non est, neq; in Italiam perrexit, tamen interim duo in Italia Imperatoris sibi nomen usurpabant, & per tumultus concertatione facta aliquoties inter se iusto exercitu pugnant, Etenim plus satis negocij habuit in Germania Henricus, quã optimus princeps pro singulari prudentia sua summo studio pacavit, & excellentiorẽ reddere conatus est.

Porro Germanicum regnum nunquam ferẽ caruit seditiosis tumultibus, nunquam propemodũ designatus Cæsar est, sine seditione quorũdam principum, qui imperatoris nomen rapere volebant. Interim tamen semper adfuit deus rite vocatis Cæsaribus, & tutatus est legitimi imperij autoritatẽ, & vindicatum est in seditiosos. Dux Bauarię Arnoldus infestis armis opposuit se Henrico, qui arcẽdã iniuriã causa profectus est cum instructis copiis aduersus Bauaros, sed nihil hostiliter tentans postulat Arnoldum ducem ad colloquium familiare, contulit cum eo sermones, & monuit serio, imperij maiestatem a deo donari, quod si reliquorũ principum suffragiis Cæsar eligeretur, tum se ultro cesurum, et sub eius ditionem submittere se primum omnium paratum esse. Retulit hæc Arnoldus dux ad suos, a quibus responsum est: Videri palam a Salomone verissime dictum esse de sapientia: per me reges dominantur. Et quum appareat satis sapientia & comitate summa præditum esse Henricum, deũ haud dubie adesse ei, proinde ab incœptis por-

## DE QUARTA MONARCHIA

ro desisteret, neque moliretur amplius aliquid in Henricum. Qui euit itaq; dux Arnoldus & sine cæ de suorum vltro paruit. Quis queſo nō diceret hos principes Germanos minime barbaros fuiſſe, & vere heroica ſapientia, & humanitate ſumma præditos excelluiſſe. Quin & illud ſcriptum reperitur, Sancto Vdalricho viſionis phantaſma de duce Ba uariæ obſeruatū, oſtenſum enim à deo ducē gladiū capulo carentem habere, quo ſignificabatur, nō vſum ducem gladio, hoc eſt, imperium retinere nō poſſe. Itaq; monuit principem, ne quid imprudenter tentaret.

Poſtea ab Henrico Brādeburgum captum eſt, & ſubacti Vandali ad mare vſque Chriſtianę fidei profeſſionem ſumpſerunt.

Pragenſem vrbem obſedit, & Bohemos imperij legibus ſubiecit.

Inde vero quadraginta millia Hungarorū apud Mersburgum proſtrauit, vnde & ingentem ſui timorem ac æſtimationē apud nationes exteras ſibi conciliauit, & toti Germaniæ ſummam tranquillitatem peperit. Lotharingiæ terrā Germaniæ regno reſtituit, & à Rudolpho Burgundionum rege lanceā illā qua Chriſtus perfoſſus eſt, conſequutus eſt, olim eam habuerat Conſtantiuus.

Henricus Auiceps morti iam proximus ſucceſſorem in imperio cōſtituit Othonem filium ſuum, ne quod diſſidium de poſſeſſione imperij poſt ſuā mortem poſſet exoriri,

Ioanni. 11. ſucceſſit. 127. Papa Leo ſextus.

Leoni. 6. ſucceſſit. 128. papa Stephanus. 7.

Stephanum. 7. ſequutus eſt. 129. papa Ioannes. 12.

Ioanni. 12. ſucceſſit. 130. papa Leo. 7.

Leoni. 7. ſucceſſit. 131. Papa Stephanus. 8. Germanus.

Otho

Otho Primus, Decimus Germanus Cæsar.

**O**tho Primus Henrici Aucupis filius auspica-  
tus est regnum suum anno Christi. 938. & im-  
peravit annos triginta sex. Aquisgrani ab Episcopo  
Moguntinēsi imperialem coronam accepit. In ini-  
tio imperij Othonis tres ingētes, & pleni magnis  
periculis tumultus simul exorti sunt.

Primi tumultus autores fuerunt Ebrardus Pala-  
tinus, & Giselbertus Lotharingiæ princeps, hi, q̄  
ex posteritate Caroli & Francorum erant, conten-  
debant successionis iure imperium à Saxonibus ad  
Francos deriuare, & vt conatus illi plus iuris habe-  
re viderentur, pertraxerūt ad se Henricum fratrem  
Othonis natu grandiozem, eo pretextu quòd ata-  
tis nomine ipsi deberetur administratio imperij,  
& non Othoni.

Duravit hoc bellum cū Palatino comite Ebrar-  
do & duce Giselberto annos sex, & plurimę in eo  
pugne commissę sunt, Cæsarem sequuti sunt Prin-  
ceps Hermannus Sueuus, & Cunradus Francorū  
dux dictus Cunradus wormaciensis Sapiēs Ebrar-  
di nepos. Ab his vltimo pugnatū est contra hostes  
apud Andernacū conflictu grauissimo, in quo Pala-  
tinus Ebrardus occubuit, & dux Giselbertus inter  
fugiendum in Rheno submersus est. Plenū est hor-  
roris exemplum, quo moneri possumus, seditionis  
studiū etiā in summis principibus inultum à deo  
non relinqui. Ceterū hic Ebrardus an is sit de quo  
diximus antea, qui coronam Henrico Aucupi por-  
tarit, certo non constat. Nam nostrarum historiarū  
scriptores homines rudes & imperiti planè fuerūt  
illarum rerum, quarum obseruatio in contexendis  
historiis est necessaria.

Porro post adeptā hęc victoriam nondū sopita  
contentio erat, quā cū Henrico fratre habuit Otho

DE QUARTA MONARCHIA

Cæsar, & præterea cū Episcopo Moguntino. Henricus Mersburgi obsidione cinctus est, sed videns conatus suos irritos esse, & debilitari sua præsidia, ipse ad Othonem Cæsarem suppliciter venit, & oras delicti veniam in gratiam ab Othone est receptus, ac non multo post defunctis Bauarię ducibus sine herede masculino, donauit Otho Cæsar fratrem suū Henricum ducatu Bauarico, Ille autem Henricus Cæsar qui Bābergę sepultus est, huius Hērici ducis ex filio nepos fuit, id quod infra dicemus.

Postea & Moguntiam obsessam cepit Cæsar, et captus Episcopus est, verū intra paucos dies liber dimissus est.

Tertius motus contra Othonem multos post annos coortus est ex proprio eius filio Ludolpho, ex ea occasione, Otho primum reginam ex Anglia habuit Edith appellatam, quę Magdeburgi sepulta est, ex hac filium Ludolphū suscepit, post huius obitum Burgundici sanguinis reginam duxit, id quod Ludolphus non probauit. Cæterū quid porro acciderit, incertū plane est. Nam nostri apud Germanos historiarum scriptores nullas ferē res gestas integre per suas causas & circumstantias expresserunt, & ne potuerunt id quidē, quando Monachi priuato ocio fruētes, plerūq; fuerunt alieni à rebus omnibus, quę in rep. administranda geruntur, vt interim non dicam segniores eos quoq; fuisse, quā qui causas & occasiones maximarum rerum ex aliis cognoscere, et scrutari voluissent, ex officio veri historici. Tantum hoc memorant, Salsfeldię Ludolphū conuentum habuisse & conspirasse aduersus patrem, & appellant Salsfeldiam locū cū cōsiliis funestū, interim tamē Ludolphus maximos quoq; principes huius cōsiliij & cōspiratiōis participes habuit, inter quos Francorū quoq; dux Cunradus

Sapia

Sapiens fuit. Interea vero dū hæc geruntur in Italia pater est, qui simulatq; reuersus est in Germaniam, Moguntia obsedit filium, verū elapsus Ludolphus Ratisbonam vsq; profugit, sed subsequutus pater, Ratisbonā quoque grauiter obsedit duobus mensibus, perierunt in ea obsidione homines non pauci, inter quos vel præcipuus fuit dux Bauariæ iunior Arnoldus, post huius mortē pacē vltro experens Ludolphus, nudatis pedibus supplex venit in conspectum patris, & humi prouolutus omni cum commiseratione admissi peccati condonationem postulauit. Itaq; receptus est in gratiam patris, & firmissimæ pacis leges constitutæ sunt.

Nunquā ferè inter Cæsares quisquam vel plures vel periculosiores res habuit atq; confecit, quā hic Otho Cæsar, si quid ego possum considerare. Sed interim in illis omnibus non sine fauore Dei incredibili semper felicitate vsus est. Nam intea dum geruntur hæc bella, Bohemos, Hungaros & Francos vicit, præterea & Italia statū turbulentū tranquillauit, id quod breuiter indicabimus.

Hungaros apud Augustam urbem ad Lycum fluuium fudit, atq; ita debilitauit robur eorum, q̄ postea Germaniam amplius ingredi non sint ausi. In hoc conflictu occubuit Cunradus Sapiens & S. Vdalricus Augustanus Episcopus in exercitu apud Cæsarem fuit.

Porro quum maximis vndiq; periculis circumueniretur Otho, confidebant Franci facili labore se ad suum imperium rursus translaturus, sed hic in Othone compertum est, frustra se illi homines opponere, cui Deus est propitius, Othonem circumcingunt hostes innumeri, Bohemi, Franci, Hungari, Itali, Galli, sed horum omnium viribus virtus

## DE QVARTA MONARCHIA

optimi principis frangi & opprimi non potuit. Galli cōminabantur ducere in Germaniam tantū exercitum, quantus visus antea non fuisset, ad quē respondisse Othonē ferunt, inanes eas cōminationes parum decere sapientes principes, quum constet victoriam & euentum belli in manu dei esse. Respondit & hoc quoq; ducturum se in Galliam tot pileos stramine contextos, quot nunq̄ antea vidissent, & ea de causa omnes in toto exercitu stramineos pileos ferebant, quem vsq; ad Lutetiā Parrhisiorum perduxit. Nam Hugo princeps in Gallia captum tenebat regē Gallorum dominum suum, & idem statuit Galliā et imperij quoq; dignitatem sibi vsurpare. Captus est hic ab Othone in Parrhisensi vrbe, & liberatum regem Lodouicum affīnē suum in Gallia regnū restituit. Nupta erat Lodouico huic Othonis soror Gerburga. Otho tum Germaniā inferiorem, Lotharingiam, & Burgundiam imperio Germanico restituit.

In Italiam quoq; sepiissime per incurSIONē impetum fecerant Hungari, sed interim Cæsaribus quibusdam ante Othonis tempora tantum negotij fuerat in Germania, q̄ Italia succurrere nō potuerunt. Iam vero extrema necessitate adactis Italiae principibus ad resistendum Hungaris, cōtingit vt Berengarius Foroiulianus princeps magnam sibi virtutis admirationē pararet, & postea totius Italiae regnum sibi vsurparet. Et quanq̄ alij quoq; principes propter Italiae principatum tumultuantur, tamen potentia excellens alios Berengarius in tertium vsq; heredem Italiam occupat, Is Cæsaris sibi titulum arrogabat, & summa in Italia crudelitate vtebatur, aduersus huius tyrannidem opem & praesidia quæserunt Itali apud Othonem. Itaq; profectus in Italiā Otho Longobardiā inua

fit & obtinuit, Berēgarius vltronea deditioe impetravit apud Othonē eam gratiā, vt non pelleretur prorsus ex Italia, sed ducatū possidendum retineret. Post duodecim annos iterum euocatus est Otho in Italiā, vt Italos vnā cū clero & pontifice Romano ex tyrannide Berengarij vendicaret, q̄ & strenue perfecit. Nam vbi iterū venisset in Italiā, Berengariū & filium Albertū captos relegauit propter perfidiam, patrē vnā cū coniuge Bambergam, vbi & totā vitam suā transegerunt exules, filium vero Bizantiū. In hac expeditione Romanam ingressus Otho à Ioanne. 12. est coronatus.

Otho hic primus est imperator, qui pontifici iuramentum præstitit, cuius forma extat. 63. dist. cap. Tibi domino Ioanni.

Postea vero secundo reuersus est Otho Romā, vt Papam Ioannem corripere, q̄ plurimorū criminum reus ageretur, proinde sceleris sui cōsciū sibi pontifex ob metum Othonis profugit, ideoque in locum eius successus est papa Leo octauus. Cæterum sub abitionem Othonis reuersus Ioannes Romam eiecit Leonem iterum, Leo ad imperatorem profugit, sed prudentissimus Cæsar summa industria vsus ne schismatis occasionem daret, permisit papatu fungi Ioannē, donec viueret, ceterum mortuo Ioanne, Leonem vt legitime creatū pontificē esse restituendum, verū id noluerunt ratum habere Romani, qui repudiato Leone, alium quendā Benedictū elegerunt in odiū Cæsaris. Tū vero rediēs Otho Papę possessiōes inuasit, & magnā vbiq; cladē cōmisit. Obsedit etiā vrbē Romā donec ciues fame ac egestate coacti Othoni portas vltro aperuerūt, obtruncatis tū multis Romanis, & relegatis consulibus restituit Leonē, & pacatis rebus reuersus est in Germaniā ducto secum Benedicto, q̄ Hamburgi seruatus est.

## DE QUARTA MONARCHIA

Tertio Romam profectus Otho Sarracenos & Græcos ex vltimis Italię partibus fugauit, tum filium suum Othonem imperij consortem electū adductum secum iussit coronari, eiq; Cęsarıs Cōstantinopolitani filiam reginam in matrimonium tradi curauit. Ex his omnibus facile æstimari potest, & hunc Othonem etiam ex illis heroibus extitisse vnum, quos ad procumbentem statum orbis reparandum subinde donauit Deus. Collapsū enim imperium Romanum erexit, & totam Europam pacatam reddidit, tutatus est suo præsidio totam Italiam & Germaniam. Hungaros & Gallos domuit, breuiter, imperij maiestatem suā pristino nitore restituit, & in ordinem redegit, postea in summa tranquillitate Quedelburgi moritur, scribitur primum reperisse argentifodinas in Misnia, & ad cōseruandam religionem, & doctrinam pietatis multa beneficia contulit. Episcopus instituit Magdeburgi, Misnię, Brandenburgi, Mersburgi & Ceitza.

Post Stephanum octauum factus est. 132. papa Martinus tertius.

Martino tertio successit. 133. papa Agapetus secundus.

Agapeto successit. 134. papa Ioānes. 13. Is Othonem primum Cęsarea corona exornauit, postea profugiens Roma timebat ne ob vitę impuritatem ab Othone officio eiiceretur.

Profugo Ioanni successit. 135. papa Leo. 8. Porro vbi Romam redisset Ioannes, ad Cęsarē Leo profugit, sed mortuo Ioāne restitutus est.

Leonī successit. 136. papa Ioannes. 14. ab hoc Otho secundus imperij corona donatus est.

Otho secūdus huius nois Cęsar Germanus. 11.  
Anno



**A**Nno Christi. 974. Otho secundus regnavit post obitum patris annos decem, & aduersus hunc exortus tumultus est, nā cognatus eius Henricus Bauariæ dux imperium adfectabat, non est is Henricus frater Othonis primi, qui conspiratione facta insurrexit in fratrem Othonis, & postea reconciliatus Cæsari Bauarorum ducatum adeptus est. Primus hic Saxonici sanguinis dux Bauariæ, annos. 15. ante Othonem in fata concessit, verum huius primi Henrici filius, est Henricus is qui Othoni secundo sese opposuit, sed hunc studentem nouis rebus statim armis domuit Otho.

Postea Galli apud Aquisgranum inopinato caesarem oppresserunt, & vix elapsus est ex eorū insidiis. Verum exercitu reparato Galliam ingressus Otho, Parrhisios vsque depopulatur omnia, & ad pacem poscendam cogit Gallos, qui iureiurando se tum astrinxerunt, quòd postea Lotharingiā amplius non essent asserturi.

Porro pacata Germania profectus est in Italiā. Ibi vero in Apulia cum Græcis & Sarracenis congressus est, sed victo suo exercitu, ipse inter fugiendum à nautis captus est. Verum quum ob Græcæ linguæ cognitionem ignotus esset nautis, neq; haberetur princeps Germanus, facile pecuniā ab hostibus se redemit, & Romam reuersus pro veteri suo more imperium administravit. Ferunt ab Italis veneno necatum, propter seueritatem duriorē, qua in imperio vsus est.

Ioanni. 14. successit. 137. papa Benedictus. 5.

Benedicto successit. 138. papa Donus secundus

Dono mortuo factus est. 139. papa Bonifacius septimus.

Bonifacio successit. 140. papa Benedictus. 6.

Huius tēporibus cæsar factus est Otho tertius.

Otho

## DE QVARTA MONARCHIA

Otho tertius huius nominis Cęsar  
Germanus. XII.

**A**NNO Christi. 984. Otho tertius imperauit post mortem sui patris annos. 19. Et tate puer erat vixdum annum duodecimũ egressus, quum moreretur pater, proinde Henricus Bawarię dux cognatus Othonis huius seruandum eum Romę curauit, & iterũ cępit imperij possessionem sibi vsurpare. Itali pleriq; Crescentium declarandum Cęsarem suadebant, vt imperialis maiestas ad Italos reduceretur iterũ. Sed fideles erga suum dominum Germani principes reuocatum ab Henrico iuniorẽ Othonem cõmunibus oĩm suffragiis Cęsarem designarunt, id quod & consensu suo ratum asseruit Benedictus pontifex maximus.

Primum bellum gessit contra Gallos, qui prestiti iurifurandi obliti, iterum Lotharingiam inuaserant, captis etiam vrbibus aliquot, sed repulsis Gallis Otho retinuit Lotharingiam.

Interea temporis princeps quidam Romanus Crescentius, vsurpato sibi imperiali nomine, summam crudelitã in Italia exercuit. Itaq; ingentibus copiis accinctus Romam venit Otho, & captum Crescentium naso & auribus truncis retrorsum asino imposuit, & spectaculi loco per vrbem Romam circumuectum suspendi mandauit.

De origine, & institutione principum electorum in Germania.

**O**THO iam natus annos vigintiocto, ea erat ingenij promptitudine p̄ditus, q̄ ob singularem prudentiam suam vulgo eum appellarint: Mirabilia mundi, præterea & cognita iam erant Saxonibus hominibus promptis & vehementibus fallaces technę Gallorũ, proinde vbi animaduersum est ingentes & periculosos motus & con

LIBER TERTIVS no

trā Cæsares, & alioqui in republica excitari per  
 Romanos pontifices, Brunonem Saxonem cog-  
 natum suū pontificem creauit Otho, qui post ade-  
 ptum papatum Gregorius quintus est appellatus  
 ab hoc coronam imperij accepit Otho tertius.  
 Adhęc vbi considerauit sapientissimus Cęsar per-  
 petuo æstare Gallos & Italos transferendæ im-  
 perialis maiestatis cupiditate à Germanis, & inter  
 Germanos quoque propter electionē nunq̄ dis-  
 sensiones defuisse apud maiores suos, interim ta-  
 men tam potentem monarcham imprimis neces-  
 sarium esse Christiano orbi, ad turandum Roma-  
 num pontificē, & Italiæ libertatē, deniq; ad cōser-  
 uandam concordiam religionis in tota Europa,  
 Verū hanc ipsam monarchiā diu non posse durare  
 stabilem, nisi & peculiaris cuiusdam & potentissi-  
 mę nationis subsidio perpetuo firmata consisteret  
 Proinde suffragatione & ope pontificis Gregorij  
 qui quia Germanus erat, in re tam necessaria faci-  
 le annuit, tulit sanctionem principū electorum in  
 deligendo Cęsare, atq; vt concordia seruaretur in  
 electione religionis causa inter sacri ordinis præ-  
 sules, & principes reliquos, delegata est ea autori-  
 tas cōstituendi Rom. Cęsarē, septē Germanię pri-  
 mariis p̄cipibus, Mogūtino, Agrippinēsi et Tre-  
 uerēsi Archiepiscopis, additi his sunt princeps Bo-  
 hemię, nā tū regē adhuc Bohemiā nō habebat, co-  
 mes Palatinus Rheni, dux Saxonię, Marchio Brā-  
 denburgēsis. Equidē miror, qua de causa tā subli-  
 mis dignitas cōmissa nō sit p̄cipibus alijs, q̄ tum  
 t̄pis multo potētiores fuerūt, vtpote Bauarię, Sue-  
 uorū et Francorū duces, et p̄sertim Bauarię dux  
 q̄ p̄ter alios p̄ximus tū erat cognatus Othonis,  
 et amplitudie ditiois potētiss. Nā Bauariā & Au-  
 striā vsq; ad Agleiā subiectā habebat, quā Hēricus  
 Othonis

## DE QVARTA MONARCHIA

Othonis primi frater vicerat. Quin etiam Suetiorum dux affinitate proximus erat Othoni Cæsari. Etenim Sueviæ dux Hermannus sub Othone primo, quum non haberet heredem masculum, tradidit in matrimonium filiam suam Ludolpho primi Othonis filio, aduersus quem bellum gererat Otho pater. Porro ab hoc Ludolpho Sueorum duces ortum habent. Itaque mirum videri potest, quæ fuerit occasio illius institutionis principum electorum faciendæ.

Nostri apud Germanos historiographi adeo omnis iudicij expertes fuisse videntur, ut illorum lectionis quæque merito tædere possit. Ioannes Stabius Diui Maximiliani mathematicus sæpe mihi narravit, Diuum Maximilianum Cæsarem de imperitia historicorum Germanorum conqueri solitum fuisse, quod tam præclarorum & prudentum principum, quos donasset Deus, res gestas non solum sine ordine conscripsissent, sed corrupissent etiam male scribendo. Et præceperat memorabiliora quæque ex oibus historicis decerpta, ordine quodam in compendiosa Chronica digeri, id quod haud dubie fuisset factum, si aut diutius vixisset, aut non præ grauiorum rerum sollicitudine prætermisisset prudentissimus imperator.

Ego vero quanquam temerarius videri possum si quod mihi videatur, subiecero, tamen indicabo quibus ego adducar coniecturis, ut certi aliquid pronuntiem de re tanta. Bohemia haud dubie propter situs conuenientiam, & quod natura est munita, in ius electionis venit. Saxonibus Saxonici sanguinis princeps Otho merito eum honorem detulit, nam & potentia alioqui tum longe maximus fuit ducatus Saxonicus. Brandenburgum tenuerunt tunc Saxonici quoque principes cognati Cæsaribus

facilis, & facilis coniectura est, fauisse Othonem imperii pensus hisce regionibus, quā ducatibus reliquis. Palatinatui existimo contigisse hanc prerogativā electionis præ aliis principatibus, non alia occasione, quā ut is honos haberetur Caroli posteris, ut decus hoc non apud Saxones tantū esset, sed pars quoque eius ad Francos transmitteretur, quando quidem erant Palatini Comites sub id tempus ex genere Caroli magni.

Cæterum quantas laudes mereatur ordinatio hæc de institutis Electoribus principibus, id nunc pro eius dignitate commemorare non possum. Res ipsa testatur, quantam utilitatem attulerit. Nam hæc ordinatione duravit imperium supra quingentos annos in Germania. Est præterea in humanis rebus nihil neque melius, neque salutarius illis consiliis & institutis, quibus occasio præciditur subinde mutandi gubernationem imperiorū, id quod ex benignitate Dei per hanc ipsam sanctionem de Electoribus factum esse constat. Hac ratione prospectum est imperio, quo minus insidiosæ & clanculariæ conspirationes Papæ & Gallorum regis successerunt, qui à Germanis ad Gallos imperii celsitudinem conati sunt sæpenumero transferre. Et habet Cæsar plus præsidij à principibus quando eorum consensu eligitur, & minus cōcertationis exoriri potest propter electionem, quum primariorum principum vota in vno aliquo consentiunt, præterea quoque quum maiestas imperij ad multos simul principes relegata sit, sperari potest, & firmiterem & diuturniorem fore imperij statum, quā si in vnius alicuius sanguinis successione hereret. Omnia hæc eō faciunt, ne qua magna contentio electionis gratia exoriat, atque adeo ut occidentalis imperij caput certo in loco existat, idque ut religionis con-

Q cordia

## DE QUARTA MONARCHIA

cordia & publica tranquillitas per totum hoc occidentale regnum sub certo capite conseruetur. Olim Athenienses suam ordinationē de Areopagitis, et Lacedemonij item sua statuta de Ephoris immodicis laudibus vexerunt, & vere quidem, nam illis respublicā ipsorum multo tempore firmę permanserunt. Verum enīuero hęc sanctio Othonis de Electoribus constituitis, vt multo vtilior est, ita longe maiorem laudem, & prædicationem meretur, vtpote per quam non in vna aut altera vrbe seu regione, sed in toto occidente stabilitas imperij, & constans religio multis annis sunt conseruatę. Et debent Electores principes hanc suam prerogatiuam merito maximi reputare, primum omnis Christiani orbis causa, q̄ apud eos hęc celsitudo reposita est. Sunt enim illi veluti firmum caput, quo perpetuo totum hoc occidentale regnum retinetur & compingitur, nam ipsissima radix dici possunt, ex semper Cæsares enasci oportet. Deinde quoq; in hac vita nulla illis potest eminentior dignitas contingere, q̄ q̄ ea auctoritas illis legitime data est, quę omnium regum ac principum sublimitatem multis partibus exuperat. Proinde hęc ipsa ordinatio summū profectio donum & ordinatio Dei censi debet, quare & maximi eam facere, & synceram conseruare oportet, ne qua detur occasio ordinationis adeo pię & salutaris, imò pulcherrimę harmonię in hac vita discerpendę. Apud illos enim cōsistit summa Romanij imperij, ideoq; distractis Electoribus, & regnum deficere, & non longe extremi iudicij diem abesse necesse est. Nam sub hoc imperio mundus finem habiturus est. Scriptum reperitur institutionem principum Electorum factam

Anno

**LIBER TERTIVS**

122

Anno Christi 1002.  
Anno mundi 4946.  
Anno Romę 1752.

Anno. 201. post coronationem Caroli Magni. Constituta hac ordinatione Itali varios tumultus concitarunt aduersus Othonē tertium, adeo quod Romę tutus esse non posset, & dum proficiscitur in Germaniam, misso per insidias veneno à Crescentij vxore necatus est, anno ætatis suę trigessimo. Augustę sepultus est.

Benedicto sexto successit. 141. papa Ioannes. 15. Captus est à Bonifacij patre, q̄ non consenserat in electionem Bonifacij.

Ioanni. 15. successit papa. 142. Ioannes. 16.

Ioannē. 16. sequutus est. 145. Ioannes. 7. Captus & pulsus à Crescentio opē ab Othone quesuit.

Post Ioannem. 17. factus est Papa. 144. Gregorius. 5. Saxonici sanguinis princeps idque ob eam causam, de qua paulo ante memorauimus. Studebant enim subinde Itali nouis rebus cōtra Cæsares, neque vnq̄ materia tumultuum deerat, ideo res visa est necessaria publicæ tranquillitati conseruandæ, vt Germanus pontifex crearetur. Sed interim tñ expulsus est Gregorius ab Italis, suscepto in eius locum Ioanne quodam, sed magna vi reuersus Romam Otho restituit Gregorium cognatum suum.

Gregorio. 5. successit. 145. Papa Siluester primus. Magus is fuisse fertur.

Post Magum hunc factus est. 146. papa Ioannes. 18. Huius temporibus horribili aspectu cometa apparuit versus meridiem, quem nō minor fames, quàm pestis sequuta est.

Q. Hen

## DE QUARTA MONARCHIA

Henricus secundus Claudus Germanus. Cæsar. XIII.

**A**NNO Christi. 1003. delectus Cæsar est Henricus huius nominis secundus Bavariæ dux. Antea diximus ab Othone primo Henrico fratri suo Bavaricū ducatū donatum esse. Illius autem Henrici nepotem ex filio hunc Henricū Cæsarē fuisse arbitror. Nam Henricus frater Othonis primi annos quindecim ante Othonis obitum in fata concesserat. Ea autem negligentia apud nostros historicos fuit, ut ex illorum monumētis pro certo adfirmare non queam, an Henrici illius filius, aut ex filio nepos eius fuerit, illud certe mirū videtur, ne Canonice quidem Bambergensis Ecclesiæ genealogiam fundatoris sui certo compertam esse.

Primus hic est Electorū principū suffragiis designatus Cæsar, & imperavit annos. 22. Prudentia, & insignibus victoriis clarus, multa & ingentia bella mirabili felicitate gessit. Principio Bohemos & Vandalos bello fatigatos tributarios subditos sibi fecit. Metas & Gendauū obsedit, vicit & Lotharingiā ac Flandriam. In Italia aduersus Sarracenos pugnauit, & expulit eos ex Italia. Victor tum coronatus est Romæ à Benedicto septimo. Hungaros ad Christianam fidem pertraxit, & Stephano Hungarorum regi sororem in matrimonium tradidit. Ante obitum suū legitimo suffragio Electorum Cunradum Francum secundū huius nominis Cæsarē dixit. Episcopatus Bambergensis fundator Bambergæ sepultus est.

Ioanne. 18. mortuo successit papa. 147. Ioannes decimus nonus.

Ioannem. 19. sequutus est. 148. papa Sergius. 4. Sergium. 4. sequutus est. 149. Benedictus. 7. quo Henricus Claudus imperij coronā accepit.

Bene



## LIBER TERTIVS

123

Benedictum. 7. sequutus est. 150. papa Ioannes  
20. Is Claudum Cæsarem coronauit.

Cunradus secundus German. Cæsar. XIII.

**A**Nno Christi. 1025. Cæsar electus est Cunradus Francus, qui prope Spiram urbem in Limburgica arce habitauit, & presuit imperio annos quindecim. Ceterum quum sub initium sui imperij uideret turbam passim omnia, effecit ut in consortium imperij filius suus eligeretur, ne se in Italiam profecto, sine capite certo, imperij subditi inter se turmultuarentur in Germania. Ernestus Sueuicæ dux, & Catuli, nam & Catuli item in Sueuia domini fuerunt, hi inquam rebelles Cæsari fuerunt, sed eos ita compescuit, ut statim sponte parerent, inde in Hungariam profectus, & eius res composuit.

Burgundiam, & Leodium, regnum Arelatense iterum cepit, & subiectum suo imperio administrauit, postea Italiam ingressus Mediolanum obsedit & Romam ueniens a Ioanne uigesimo coronam accepit. Insurgentes sub id tempus aduersus Cunradum Romani grauius cæsi sunt a Cæsareanis, uerum pacate sunt res Romanorum. Interea dum hæc in Italia geruntur, Sueuicæ dux Ernestus nouos iterum motus concitauit, ideoque in regressu Cunradi ab eo fugatus & confossus est. Ducatum donauit Cunradus principi Hermanno Ernesti fratri. Condite sunt ab hoc Cunrado multe leges, que hodie etiam extant adhuc. Concilium sub hoc Cæsare habitum est Triburi ad Moguntiam. Magnis sumptibus instituit basilicam Spirensis, in qua sepultus est cum regina sua Gisela.

Giselæ huius magnæ laudes feruntur, regina Burgundica fuit ex posteritate Caroli, maritum primo habuit Ernestum Sueuicæ Ducem, ex quo duos filios suceperat, Ernestum, qui pulsus est, &

Q 3

Hæc

## DE QVARTA MONARCHIA

Hermannum, postea desponsata est in matrimonio Cunrado cesari. Primum omnium hic meminerunt scriptores Marchiæ in Austria, quã tũ occupauit Albertus Sueuic dux frater maioris Ernesti. Neq; vero tum erat adhuc ducatus Austriæ, sed à Sueuis tenebatur, qui per vim Austriam Hungaris ademerant. Quin & comitatus Thuringicus in initium accepit temporibus huius Cunradi, nã Gisele cognatus erat Lodouicus Barbatu ex Caroli genere, is quia diu in aula versatus erat, & diligentẽ operam multis in rebus nauauerat apud Cesarẽ, factus est Thuringiẽ comes. Itaque domini Thuringiẽ ex Caroli sanguine originem habent.

Post Ioannẽ. 20. factus est papa. 157. Benedictus. 8. quo fugato Siluester quidam pecuniã papatum redemit. Porro reuersus Benedictus, vt factiones concitaret contra Siluestrum, tertio cuidã qui Gregorius sextus dictus est, vendidit ius suũ in pontificatu. Itaq; cessit huic Benedictus, sed Siluester cõtra ius suum tueri volebat aduersus Gregorium. Controuersia hæc coëgit Cesarẽ Henricum Nigrũ Romã proficisci, qui tria illa fœdissima monstra merito suo pontificatu abdicauit, & in locum Syndegerum Bambergensem Episcopum suffecit, qui dictus est Clemens secundus. 157. papa, à quo coronatus est Henricus Niger.

Circa hæc tẽpora Cardinaliũ nomẽ in usu esse coepit, vnde æstimari potest hanc ipsam dignitatẽ in ecclesia verustiorẽ non fuisse.

Atqui vero quum subinde incidissent grauissimæ contentiones & dissidia ex diuersitate votorum in creando Romano pontifice, sanctionem tulit Henricus Niger, ne porro Papa deligeretur siue Cesaris consensu & confirmatione. Constitutio

## LIBER TERTIVS

124

Autio hæc grauiter postea impugnata est à Romanis pontificibus, adeo etiam quod teterrima bella inde nata sint Henrici quarti & quinti temporibus.

Henricus tertius Niger dictus, Cæsar Germanus. XV.

**A**Nno Christi, 1040. Henricus tertius Niger appellatus imperare cœpit, & regnauit annos. 17. Primum Bohemos bello inuasit, sed ab his Hungarorum præsidio adiutis victus est. Postero anno adeo fatigati sunt bello Bohemi per Henricum, quod princeps Bohemorum necessitate adactus Ratisbonam venit, et vltro se tributarium Cæsari dedit. Inde Hungariam ingressus per triennium bellum gessit, & captis vrbibus aliquot ad pacem poscendam Hungaros compulit. Subegit & Lotharingiæ Ducem, vt pareret imperio.

Romæ tres pontifices inter se concertantes de Papatu simul reiecit, pontificis sedi Germano præfule præfecto, quem Clementem secundum appellauere. Inde apud Capuam Saracenos vicit, postea in Germaniã reuersus Synodum habuit Moguntia, in qua Leo Papa fuit.

Dux Bauriæ Cuno, qui post D. Henricum ducatum præfuit, præsidio & conspiratione Hungarorum fretus opposuit se imperatori, conabatur enim hac via regni possessionem ad se transferre, sed victus à Cæsare Hungaris, explosus Bauriæ Dux totam ætatem suam exul in Hungaria transegit, Bauria interim sine Duce & gubernatore erat. Priusquam moreretur Henricus Niger, Henricum filium suum annos. 5. natum Cæsarem eligi, et Aguisgrani coronari curauit, vt certum caput imperii esset, neque turbe

## DE QVARTA MONARCHIA

exorirentur propter electionem. Itaque puer sub matris tutela aliquandiu regnavit. Mater Henrici quarti Agnes dicta erat, nata est in Pistonum comitatu Gallia.

Post Clementem factus est. 153. papa Damasus secundus, qui vi papatum occupavit.

Damaso secundo successit. 154. papa Leo. 9. Is fuit in concilio Moguntia habitus, & aliquandiu postea versatus est apud Henricū Nigrum. Illius temporibus Berengarius Diaconus Andegavus in Gallia docebat, verum corpus & sanguinē Christi non esse in pane & vino iuxta institutum Christi. Impia hæc hæresis apud Heluetios nostro tempore per Zuinghū renouata est. A Leone in concilio Vercellensi damnatus est hic error, sed interim relicta huius impietatis seminaria multū negotij fecerunt posteris quoq;.

Leoni nono successit. 155. papa Victor secundus, fuit is antea Episcopus Eichstettensis.

Victori. 2. successit. 156. papa Stephanus. 9.

Stephano. 9. successit. 157. papa Benedictus. 9.

Benedictum sequutus est. 158. papa Nicolaus secundus. Hic abdicavit pontificatu Benedictum, & primus statuisse dicitur ius eligendi pontificis in posterum penes Cardinales tantum fore. Iterū ab hoc quoque Berengarius damnatus est, & coactus ad reuocandum, quæ de sacramento impie docuerat.

Nicolao. 2. successit. 159. papa Alexander secundus, & tum propter electionem magni conflictus Romæ fuerunt.

Alexandro secundo successit. 160. papa Gregorius. 7. antea Hildebrandus appellatus, is excōmunicauit, & persecutus est Henricum quartū, bellicis etiam acerrimis concitatis, vt adfereret & obtineret

tineret, sine Cæsaris suffragio & cōfirmatione pontificem creandū esse, ne Cæsares autoritatē sibi vendicarent in pontifices dominandi, de quo plura in Henrico quarto dicemus.

Henricus quartus Germanus Cæsar. xvi.

**A**Nno Christi. 1057. imperare cœpit mortuo patre, Henricus quartus puer adhuc, & regnavit annos quinquaginta. In hoc virtus huius generis imperatorum non tantum defecit, sed totius Germaniæ imperium adeo corruiere cœpit, q̄ postea nunq̄ vel in veterē statū redigi, vel pristinas vires recuperare potuerit integre. Tragœdiæ huius autor Papa Hiltebrādus fuit, q̄ omnia ferē inter Germaniæ principes teterrimis bellis commiscuit.

In pueritia Henrici Cæsaris, Agnes mater eius non sine laude imperio præfuit, bona pace Germaniam & Italiam tranquillavit, sed Coloniensis Episcopus puerū principem duodecimū annum iam ingressum & maturum imperio clam abduxit, & ipse interim postea regni gubernacula tenuit. Dicitur quod & indigne educari curavit Cæsaream sobolem.

Longum est referre hic omnes causas, tantum quæ memorabilia sunt, cōmemorabo breuiter. Pater Henricus Niger optimo sanè cōsilio sanctionem de pontificia electione tulerat, vt ea sine imperatoris permisso nō fieret. Iam vero vbi Hiltebrandus sedi Papali præfectus est, cōtra statuit decretū, à Cæsare pontificatus confirmationem non esse petendam. At qui hanc constitutionē patris sui ratam haberi voluit Cæsar, præterea quoq; ius erat imperatori conferēdi episcopatus imperij, sed ne id quidem ferre voluit Hiltebrandus. Etenim cōtigit sæpe, vt defuncto Episcopo aliquo, alius in eius locum à Cæsare, alius rursus à Papa constitueretur,

## DE QVARTA MONARCHIA

& ab hoc excommunicaretur alter. Tandē in hanc catastrophē abiit hęc tragœdia, quod Cēsar ipse à summo pontifice non est excommunicatus solum, sed & reliquis potentioribus principibus mandatum est, vt imperatorem alium designarent. Et huius ludi veluti choragus fuit in gratiam pontificis diocesis Halberstadienſis Episcopus in Saxonia. Itaque defecerunt à Cēsare Henrico quarto Otho Saxonię dux, Rudolphus dux Sueuię, cui Cēsaris germana soror nupta erat, et Episcopi plerique, maxime Saxones. A Cēsare stabant Bohemi, & principes Catuli, quibus pulso Othone Saxone donauerat Henricus Bauariam, præterea & Episcopi quidam, qui improbabant tyrannidē Papę in deroganda auctoritate Cēsarum pro sua libidine, quare & ipsi synodos facientes, reiecta excommunicatione Papæ Hiltebrandi, ipsum vicissim excommunicarunt.

Iam vero in Italiam profectus est Cēsar, transigendę huius controuersię causa. Interea ab aduersa parte creatus Cēsar est in Phorcēsi oppido Rudolphus Sueuię dux, idque sub annum Christi. 1077. Rudolpho missa est à pontifice corona cui versiculus hic inscriptus erat: Petra dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho, quo significare voluit à Christo imperium collatum esse pontifici, & ab hoc conferri principibus vicissim. Proinde prope in Germaniam redit Henricus, & ex Sueuia pellit Rudolphum in Saxoniam, & aliquot pugnas cum eo commisit ad Vnstrotum amnem in quibus Vuormaciensis & Magdeburgensis Episcopi oecubuerunt.

Anno. 1080. nouissime pugnam est contra Rudolphum apud Mersburgum, & in ipso conflictu dextera manus Rudolpho amputata est. Profugientibus iam in urbē Mersburgum omnibus, Cēsari in lecto decumbenti circumstantibus iam Episcopis

scopis manus allata est, quã ubi vidisset. En, inquit, domini, hæc manus est, quã domino meo Henrico Cæsari fidem confirmaui, ipsi vos modo reputate, an recte mihi consulueritis, vt ab eo deficerem. Miserabilis plane querimonia hæc est, quę testatur boni principis perturbatum animum seipsum seditionis reum iudicasse. Ita demũ sub sue electionis annum quartũ mortuus est Rudolphus. Quem quęro, nisi ferreus plane sit, ad parendum suo magistratui non commoueat, & à seditionis studio terreat hoc exemplum tam horrendum? Interim tamen Episcopi quieti non erant, & post hunc casum etiam filium contra patrem sollicitarunt. Pontifex Hildebrandus phantasma sibi per quietem obuersatum gloriabatur, illegitimum Cæsarem eo anno periturum, Sed hoc Caiaphę vaticinium erat, nam supplicij poena non in Henricum, sed in Papę complices redundabat.

Post hæc victoriam Romam venit, & vrbe per vim capta cepit Papam Hildebrandum, eumq; officio deiecit, & in eius locum Rauennates Episcopus Clemens dictus successit, & ab hoc imperialem coronam accepit Henricus quartus, ceterũ non multo post in exilio mortuus est pontifex Hildebrandus.

Sigebertus historicus non admodũ laudat Hildebrandum, & reprehendit facinora hominis, q̄ sine magna causa & Ecclesię & imperij statũ tranquillũ perturbauit, & scribit quoq; id ipsum conquestum fuisse Hildebrandum iam moriturum, & per legatos petiisse ab Henrico admissi criminis cõdonationem. Hildebrandus prohibuit sacerdotes Germanię matrimonia contrahere, & multa iam contracta matrimonia diuulsi.

Anno

*vide  
landes  
appas Cath.  
alios*

## DE QUARTA MONARCHIA

Anno. 1103. victis iam ab Henrico Saxonibus et  
trucidato Comite Misnia Eberto, cui spem fece-  
rant Episcopi adipiscendi imperij post Rudolphū,  
preterea & compositis iam Germanię & Italię re-  
bus, delectus est ab Henrico quarto Hēricus quin-  
tus filius eius imperator. Porro hūc Henricum fili-  
um sollicitarunt quoq; Episcopi, vt aduersus patrē  
insurgeret, eumq; imperio pelleret, Id vero ingē-  
ti dolore affecit optimum principem. Itaq; fœde-  
re inito Henricus filius anno millesimo centesimo,  
quinto primum Mogūtię obsedit patrem, Sed op-  
pugnationem detrectantibus principibus coactus  
est discedere Henricus filius, & relicta Moguntia  
Norinbergam cum exercitu petiit, eamque spacio  
duorum mensium obtinuit & diripuit. Insequutus  
est pater filium, & vtrinq; ad tempus in aduersis ca-  
stris erant prope Ratisbonam, sed interponētibus  
se semper principibus nunq̄ iusto conflictu pugna-  
tum est. Atqui mōnitus per filium pater, vt a pro-  
priis sibi ministris caueret, profugit clam Leodiū,  
& ibi eodem anno ē viuis excessit. Ceterum dum  
quinquennio propter excommunicationem pon-  
tificis inhumatus iacisset, in Spirensi Basilica se-  
pultus est accepta absolutione. Hodie etiam nū scri-  
pta restant, missa ab Henrico patre ad Francorū re-  
gem de iniuria filij, et malitia eorum, qui filium ad-  
uersus patrem instigabant.

De occupata vrbe Ierosolymitana.

**T**emporibus Henrici quarti expeditio in Iude-  
tam cœpit aduersus Sarracenos & Turcas. Pri-  
mus dux erat Godfridus Bilionensis Lotharingię  
princeps, Comitati sunt hunc prestantissimi quicq;  
principes ex Gallia.

Anno. 1099. Godfridus potitus est vrbe Ieroso-  
lymitana, et statim rex creatus est. Coronari autem,  
diade-



diademate aureo recusavit, quod Christo eo in loco corona spinis cōtexta fuisset olim imposita. Cōtigit quadringentis sexaginta octo annis hoc ante id tempus, quo Ierusalem ex Persarū potestate per Heraclium erepta est. Tum vero non multo supra annos tredecim Sarraceni Ierosolymitanę vr̄bis domini facti sunt. Postea iam multis annis exactis à Turcis Sarraceni pulsi sunt ex Ierosolyma. Sub hęc tēpora iterū potiti sunt Christiani Ierusalē, & multas præterea circumquaque vr̄bes ac regiones subegerunt. Regnum Ierosolymę habuerūt annos. 88. vsque ad annum Christi millesimum centesimum octogesium septimum. Sub Friderico Barbarossa iterum à Sultano occupata est Ierusalem.

Mutatio multorum ducatum in Germania.

**Q**uantum aceruum calamitatum traxerit se cum ciuile bellum in Germania excitatum artibus Papę, inde facile æstimari potest, q̄ principibus multis, & summis quibusq; hominibus cęsis, dominia passim sunt immutata. Henricus quartus Bauariam Catulis Sueuię principibus dedit. Sueuię ducatum post defunctum Rudolphum donauit Hēricus genero suo Friderico Stauffensi. Frācorum genus intra breue admodum tempus interiit, Ecbertus Cōmes Misnię cęsus est, Gebhardus illius Lotharij pater pugna quoque occubuit, qui postea imperator factus est, & vt semel omnia dicam, Germanię vires debilitatę prorsus & immutatę sunt hac ciuili concertatione principum. Hiltebrando defuncto electus est extra vr̄bem Romā à sociis eius pōntifex quidam Victor dictus, huius nominis tertius, in odium Clementis, sed Victore paulō post mortuo ab iisdem creatus est Papa Urbanus secundus, is Romam rediit præsidio illorum qui iam expeditionem parabant Ierosolymam, re-

stitu

## DE QUARTA MONARCHIA

stitutus exegit Clementem.

Vrbano secūdo successit papa Pascalis secūdus. Primum captus hic est ab Hērico quinto, postea ab eo coronam imperialem extorsit.

Henricus quintus, decimus septimus Germanus Cæsar.

**A**Nno. 1107. post obitum patris imperium Henrici quinti cœpit, et regnauit annos viginti. Scilicet digna huic ab Episcopis gratia relata est, quòd consilia eorum sequutus optimum imperatorē patrem suum bello erat infectatus. Nam Romam ueniens à pontifice coronam impetrare non potuit, nisi prius statuere uellet, porro pro rato habēdum esse, & pontificem Romanū, & episcopos sine Cæsaris approbatione & consensu creandos. Præterea et tumultus à pontifice sub idem tempus excitatus est tantus in urbe Romana, q̄ nisi sua ipsius manu uitam defendisset Cæsar, iam periisset. Victore Cæsare trucidati & capti multi sunt Romani, captus est & pontifex & abductus extra urbem, & quoniā de coronatione, & iure electiuo in creandis pontifice & episcopis cum eo ageretur, consensit ultro, ut hanc sibi prærogatiuam usurparent Cæsares, ne quis uel pontifex, uel episcopus citra eorum suffragationem designaretur. Inde Romam reuersi sunt, & à Pascali insignitus est Henricus quintus diademate imperiali.

Cæterum post discessum Imperatoris ex Italia, mutauit sententiam pontifex, & coacta synodo nō solum reuocauit concessum priuilegium, sed indignum consuetudine Christianorū per excommunicationem declarauit Cæsarem, quod ubi nuntiatum est Henrico quinto, ilico Romā magna uirē petens fugauit pontificem, & alium eius in locum suffecit. Interea non cessant Episcopi in Germania nouos

novos motus in Saxonia excitare aduersus Cæsare, adeo etiam quod iterum Germania discordiis mutuis agitata, in festis copiis vtrinq; congressa est, & commissa pugna anno. m. l. v. tertio Idus Februarij apud Mansfeldium iuxta Catulariam syluam, perit in eo conflictu Comes Hoierus de Mansfeld.

Porro videns Cæsar sedari non posse hanc tragædiam sine perpetuo conflictu, neque quiescere Romanos pontifices, nisi vt patrem suum, ipsum quoque antea oppressissent, publicè tranquillitati imperij consuluit optimus princeps, & iure priuilegij sui vltro cessit. Itaq; per hanc occasionem firmata pace inter pontificem & Cæsarem, præterea & inter reliquos principes, eaq; publice ad Rhenum non procul à Vuormacia, vbi ingentes copię vtriusq; partis in castris erant, proclamata, summa lætitia in tota Germania coorta est, propter initū hoc fœdus concordie publicę.

Gessit & hic Henricus bella in Hollãdia & Lotharingia. Porro Lotharius Saxonia dux, qui post Henricum Cæsar factus est, Moguntiam venit in vili & oblonga veste, gratiam expetens supplex à Cæsare, eam vltro pro singulari clementia sua concessit ei Henricus. Habuit Henricus Cæsar nullam masculam prolem, & ducatus Francorū cessit Cunnado filio Friderici Stauffensis, & sorori Henrici. 5.

Pascali. 2. successit Gelasius. 2. pulsus hic est Roma ab Henrico. 5. & ejus loco suffectus est Gregorius Papa. Gelasius in Gallia exul obiit.

Gelasio secūdo defuncto delectus est in Gallia papa Callistus. 2. Romam veniens aliquot pugnas habuit cum Antipapa Gregorio, quē Henricus. 5. statuerat. Tandem captus Gregorius, et retrorsum asino impositus circumuectus est. Sub Callisto pacis fœdera cum Henrico quinto sunt constituta.

Cal.

## DE QUARTA MONARCHIA

Callisto, 2. successit Papa Honorius, 2.

Post Honorium factus est Papa Innocentius, 2.

In odium huius electus est Petrus Leonis, qui se Anacletum appellauit, ab hoc per vim pulsus est Innocentius, compescuit hos motus Lotharius, qui ab Innocentio corona imperii est insignitus.

Lotharius Saxo, xvij. Cæsar Germanus.

**A** Nno. 1127. Lotharius Saxonie dux ab electoribus Cæsar creatus est, cuius pater Gebhardus ab Henrico, 4. cæsus est, regnauit Lotharius annos tredecim.

Grauiissimis subinde insultibus conquassatum est hoc imperium Germanicum. Nam iterum nunc contra Lotharium quoque ingens & diuturnus tumultus exortus est. Etenim Sueui & Fræcones, quibus iam diu cum Saxombus bellum fuerat, ægerrime ferebant imperii celsitudinem ad Saxones deriuari, præterea erant & filij ducum Sueuicorum ex forore Henrici quinti prognati, ideoque hi iure ad se pertinere imperium contendebat. Dederat Henricus quintus Cunrado Sueuo sororio suo nepoti Franciæ orientalis ducatum. Fauebat huic Comes Palatinus Godfridus, a quo Cunradus electus est Cæsar, & sequute sunt huius partes Sueuorum & Francorum vrbes.

Cæterum Bauariæ dux Henricus Catulus Lothario adhaesit, nam Lotharii gener erat, quo nomine & Saxonie possessio hereditaria successione contigit Bauaris, & quæ hodie adhuc Brunsvigenses principes vocantur, Bauarici sanguinis sunt, ex Catulo Henrico Bauariæ duce.

Porro ut Lotharium anteuorteret Cunradus, Italiam ingressus Longobardiã occupauit, ubi & ferrea corona insignitus est. Interea a Lothario obsessæ & victæ sunt vrbes Spira, Vlma & Norinberga, &

ga, & inde consequutus est Cunradum in Italiam. Nam maiori prudentia & calliditate instructus Saxo facile cogitavit, sine Germaniæ firmo præsidio Italiam à Cunrado non posse retineri. Proinde ubi cognouit Cunradus, et vrbes Germanicas amissas esse, & nullam spem præsidiorū expectandā esse ex Germaniā, ad seruandum regnum Italicum, relicta Italia pacis condiciones per diuum Bernhardum apud Lotharium pactus est, & vltro suscepto imperio cessit.

Lotharius bis in Italiam profectus est, primum ad compescendos motus contra Innocentium, alio pontifice electo, coortos Romę, deinde cōtra Rogerium, qui Campaniā & Apuliam inuaserat, Exturbauit hunc ex Italia, sed defuncto Lothario, Rogerius rediit.

De reparatis et restitutis legibus Romanorum.

**L**otharius non modo cōmendatur ob insignem fortitudinem in rebus bellicis gerēdis, quibus & Germanię & Italię res læta pace composuit, sed etiam propter religionis, et optimarum legum studium. Fuit eius tēporibus in Italia vir magnę eruditionis Wernherus, quem Accursius Irnerium sepe nominat, apud reginam Mechtildim, is obditos iam pulueribus in bibliothecis legum Romanarū libros reperit, & in lucem reduxit. Mandauit hos publice in scholis tractari Lotharius, & iterum secundum eas leges ius dici in iudiciis imperialibus. Itaq; per hanc occasionem in vsum reuocatus est is thesaurus, quo neq; vtilior neq; pretiosior alius esse potest, nimirum ex quo innumere commoditates defluxere. Primum enim certum & humanę rationi consentaneum ius restitutū est vniuersę Europe. Nam omnes regiones, & omnes alię leges vruntur hoc Romano iure, tanquam amissi qua-

## DE QUARTA MONARCHIA

dam in æquitate cognoscenda, est enim publicè hō  
 nestati proxime accōmodatū. Deinde ad hoc quo  
 que conducunt non mediocriter restaurata hęc iu  
 ra Romana, q̄ ea de communibus officiis huius vi  
 tē & optimis moribus præcepta tradunt, quę nuf̄  
 quam alibi ferè reperiuntur, vt interim taceam &  
 puritatem Latine lingue ex reparato hoc iure iterū  
 veluti renatā florere cœpisse. Porro instituto hoc  
 studio iuris, statim magni & multi præclari Iuriscō  
 sulti extiterunt, quibus & interpretari leges, & in  
 publicum vsum reuocare hęc iura curę fuit. Equi  
 dem mirari satis non queo, tantam illius temporis  
 homines cognitionem esse consequutos, quo vsus  
 Latine lingue, historie, omnes deniq; Romanæ di  
 scipline veteres erāt intermissę, ita vt facile æstima  
 re possis, primos illos Iurisconsultos, non solū sum  
 mę diligentię & sedulitatis homines in studiis, sed  
 magnos atq; prudentes quoq; & vsu rerum publi  
 carum viros exercitatissimos fuisse, nam sine ea ex  
 ercitatione ne possibile quidē fuisset leges Roma  
 nas cognoscere. Itaq; illi ipsi Doctores iuris nihilo  
 inferiores censendi sunt veteribus illis iuris peritis,  
 Vlpiano, Seruio, & reliquis. Azo, qui vel præcipu  
 us est inter commētatores iuris, vixit temporibus  
 huius Lotharij, post hūc Accursius vixit, & is tem  
 pora Friderici secundi attigit. Sub Henrico Lucel  
 burgenſi multi & præclari Doctores fuerunt Bar  
 tholus, & alij. Gratianus qui Decretorū libros  
 congeſſit, etiam Lotharij temporibus fuit. Erant  
 autem & antea quoq; tales libri. Nam huius gene  
 ris libellus quidam conscriptus erat ab Episcopo  
 Vuormaciensi quodā, qui tum erat in manibus ho  
 minum, & nos eum vidimus nostra hac ætate. Cæ  
 terum floſcentibus iam vbiq; legum studiis, eaq;  
 doctissimis quibusq; (quemadmodū in re noua fie  
 ri so

si solet amplectentibus, vidētes Monachi scripturę sacrę cognitionē frigestere & contemni præ studio Iuriscultorū, & ipsi quoq; Theologicum studium auspiciari cœpere, atque exemplo Iuriscultorū disputationes scholasticas de rebus sacris instituerunt. Initium hoc habuit scholastica Theologia, de quo paulò post plura dicemus.

Cunradus Sueuus Cęsar Germanicus. xix.

**A** Nnò Christi. 1140. Lothario Saxoni in regnū successit Cunradus natus Suevię dux, et ab Hęcrico quinto princeps Fręcorum factus. Imperavit annos. 14. coronam à pontifice accepisse nusquā legitur. Cunradus hic, id quod antea diximus, contra Lothariū arma cepit, sed dedere se sub Cęsarıs potestate coactus est, sed mortuo Lothario successio imperij ad Cunradū delata est, quanq̃ Bauarorū & Saxonū dux Henricus gener Lotharij ambiuit imperium, et Augustę obsedit Cunradum, sed excommunicavit Henricum Cunradus Cęsar, & Bauarię ducatum Comiti Austriaco donavit. Verum non fuit admodum diuturnū hoc bellum, nam nō multo post in Saxonia in fata concessit Henricus, & in monumentum Lotharij socii sui illatus est. Inde propter ducatū Bauarię cum duce & Cęsare Cunrado bellum gestum est à Catulo quodam principe, sed conatibus irritis. proinde tandem per Fridericum, qui Cęsar postea factus est, reconciliatus est Cunrado. Ex cōsilio diui Bernhaldi cū multis principibus, & maximo exercitu Ierosolymā est profectus cōtra Sarracenos Christi hostes, aduersus quos et vnā quoq; arma parauit Lodouic⁹ Fręcorū rex, sed Cōstātinopolitani Cęsarıs Emanuelis perfidiā plurimi milites perierūt, interim tñ in Asia et Ierosolymę multę et ingētes pugne à nris cōmissę sunt.

## DE QVARTA MONARCHIA

Quarto tandem anno post expeditionē primū reuersus est Cunradus in Germaniam, & in Lorechenſi oppido apud Gemund mortuus ſepelitur.

In bello cum Catulis geſto cepit Cunradus arcem & Vucinsburgū urbem nō procul à Necchare fluuio ſitam. Mandauit tum Cæſar omnes equiſtris ordinis viros capi, mulieribus abire permiſum eſt, cum tanta ſarcina bonorum, quantam poſſent ferre, tum vero relictis rebus nobiles pueros ſuos aſportare maluerunt. Id vero quum calumnia rentur quidam, qui retinere captiuos pueros volebant, nam bonorum, non hominum aſportandorū beneficium propoſitū eſſe, adeo delectatus eſt Cæſar hac virtute fœminarum nobiliſum, quod nō ſolum illis pueroꝝ, ſed omnium etiam opum copiam fecerit, vt ſecum auferrent.

Innocentio. 2. ſucceſſit Papa Celeſtinus. 2.

Celeſtino. 2. ſucceſſit Lucius. 2.

Post Lucium. 2. factus eſt Papa Eugenius. 3. Contra hūc alius à Romanis creatus pontifex eſt, à quo pulſus eſt Eugenius, ſed comparato Gallorū præſidio reuerſus, & victo aduerſario reſtitutus eſt.

Eugenio. 3. ſucceſſit Anaſtaſius. 4.

Anaſtaſiū ſequutus eſt papa Adrianus. 4. ab hoc corona imperij donatus eſt Fridericus Barbaroſſa, ſed poſtea Vuilhelmi Siculi, q̄ Neapolin tenebat, partes ſequutus eſt, & Longobardos ſibi obnoxios fecit, fœdiſſima coniuratione inſita contra imperium, excommunicauit Fridericum, & teterrima bella in Italia conciuit. Scriptum reperitur, nō diu antea quum moreretur, dixiſſe eum: Nō eſſe in terris aliud vitę genus calamitoſius Papatu, & ſanguine parare pontificatum, non eſſe Petro, ſed Romulo potius ſuccedere, qui propter monarchiam occidit fratrem. Teſtantur ſatis hæc verba, poenitiſſe



eum cepte controuersie aduersus Cæsarem.

Post Adrianum ingens schisma exortū est: Cardinalium quidam Octauianum elegerunt, qui Victor dictus est. A quibusdam electus est Alexander tertius. Fridericus Barbarossa Octauianum vt verum pontificem cōplexus est, sed interim tamen synodis coactis disquirēdum precepit, vter pontifex esset mansurus. Sed detrectans auctoritatem conciliorum Alexander, intra Galliam se continet, et excommunicat Fridericum. Tandem presidio Italorum potitus est papatu Alexander & Romam rediit, quo tum et Fridericus venit sed timore percussus Alexander Venetias profugit, vbi pax tādē sancta est, sed de his in historia Friderici plura dicemus.

Fridericus primus Barbarossa dictus

xx. Cæsar Germanus.

**A**Nno Christi, 1152. Cæsar electus est Fridericus primus huius nominis cognomēto Barbarossa, imperio preffuit annos. 37. Ex inclita Sueuorū domo progenitus dux fuit, Cunradi Cæsaris ex fratre nepos, audacia, fortitudine & iustitia clarissimus princeps. Quantum ego considerare possum eius res gestas, videē Fridericus vt humanissimus Suius equo animo ferre nō potuisse iniurias illas, quibus a Romanis pontificibus affectus est. Et ex hac occasione cōtigisse arbitror q̄ durius aduersus eos egerit.

In initio sui imperij Bauariam & Austriā in cōcordiam redegit, et Catulo Henrico Saxonie duci, Henrici generi Lotharij filio, Bauariam restituit. Henricum cognatum suum comitem Austriacum ducem creauit, & vtriusq; ducatus terminos discriminales posuit. Tunc primum Austrie ducatus cepit. Porro Bauariam non diu tenuit Henricus Catulus, nam deseruit Fridericum in Italia, & in Ger-

## DE QUARTA MONARCHIA

mania nouas factiōnes cōcitauit aduersus eū. Itaq; propulſato poſtea Henrico per Fridericū, Bauariæ ducatus donatus eſt Othoni de Wittelspach, atq; ex huius Othonis ſanguine illi principes, q; hodie Bauiariam tenent, & Palatini Comites Rheni progeneriti ſunt. Electiuū ius Saxonie, principi ab Anhale Bernhardo donauit. Profugus Henricus in Angliā cum vxore & liberis abiit, ſed tandem vbi reuertitur, tranſactio facta eſt, vt Henricus Catulus Brunſuwigceniſem ducatu obtineret, Tum vero Philipꝰus Coloniēſis epiſcopus armata vi Vueſtphaliā ademptam Saxonico ducatu cōcepit occupare.

Fridericus Lubecam obſedit, & imperio ſubiugam reddidit, cōēgit & Danorum regem ad pacis conditiones perendas.

Mediolanenſes rebelles erant, & nitebantur reliquas Italię vrbes ſub ſuum imperium perducere. Nam ea conſuetudo et libido dominandi etiam nūdurat apud Italos, quam obrē profectus in Italiam Fridericus pacauit tumultus omnes. Poſtea vero pontifex Romanus ſolicitauit Mediolanēſes & vrbes reliquas ad conſpirationē aduersus Fridericū, eumq; excommunicauit, qua de cauſa quartū iam profectus in Italiam, ſubegit atq; diripuit Mediolanum, omneſq; rationes ineunde concordie inter ſe & pontificem tentauit, ſed fruſtra. nam adduci non potuit Alexāder tertius pontifex, quo minus laceſferet humaniſſimum principem, ideoq; Romā peſtiit Fridericus, ſed ad Venetos profugit Alexāder, miſſus eſt tum a Friderico cōtra Venetos Otho filius eiꝰ, quo capto nauali prælio pacis cōditiones ſuſceptę ſunt. Etenim videbat Fridericus quieſcere non poſſe Romanos pontifices, expendebat quoque præterquā quod, captus filius erat, quos euentus habuerāt Cæſares ſuperiores. Itaq; vſus eſt Fridericꝰ

dericus deiectione & summa humilitate, nam Ve-  
 netias venit, ac pro tēpli foribus humi prostratus  
 ante pontificem, pedibus calcari se permisit, qui cla-  
 mari quoq; p̄cepit: Super aspidem & basiliscum  
 ambulabis, ac tum demū eum absoluit. Fridericus  
 contra dixit, Exhiberi à se eam humilitatē nō Ale-  
 xandro, sed Petro, ad quē respondit Alexander: Et  
 mihi & Petro. Cæterum quid de hoc facto ponti-  
 ficis censerī debeat, id ego lectorem sino iudicare.  
 A pōtificibus bella sine vlla legitima occasione cō-  
 citata sunt. Contēdit Alexāder priuatę suę electio-  
 nis causa, neq; vel concilium, neq; vllas conditio-  
 nes alias voluit admittere, & p̄ter hanc iniuriam  
 summa etiam libidine atq; superbia vsus est in emi-  
 nentissimam orbis Christiani potestatē, dum Cæ-  
 sarem pedibus conculcat, quem deus etiam hono-  
 randum p̄cepit.

Porro hac transactione facta, confortem impe-  
 rij gubernandi delegit Henricum filium suum, an-  
 no. 1185, ne sine rectore esset imperiū, dū ipse profes-  
 ctionem adornaret in Asiam. Constantiam Roge-  
 rij filiam vxorem despondit filio, qua occasione Si-  
 cilix & Neapolitanum regnum ad imperium, &  
 ad Germanos rediit, & regem iuniorem Italiæ gu-  
 bernandę p̄fecit. Non multo post maximo ap-  
 paratu, & comitatu multorum principum in Asi-  
 am profectus est, Ierosolymitanæ vrbis, quæ non  
 diu antea amissa erat, recuperandæ causa, cepit in  
 Cilicia multas potentissimas vrbes, & Sarracenos  
 ac Turcas prostravit, Sultanum in tantum sui no-  
 minis terrorem cōiecit, q̄ ipse à suis multarum in-  
 gentium ciuitatum mœnia solo iusserit æquari in  
 Syria, quum diffideret se eas retinere posse, & ipse  
 in Egyptum profugit, nam & Angliæ & Franciæ  
 reges iam in Asiam appulerant magno exercitu,

## DE QVARTA MONARCHIA

sed quid sit, dum maximas copias collectas habet, fortuna, quæ nunquam perpetuo bona est, aduersari coepit. Fridericus capta iam Armenia, caloris causa equo in rapidum amnem ingressus est, et strenuissimus heros in vndis perisit, anno. 1189. Neque vero mirum videri debet, periisse hoc modo in amne Fridericum, nam testantur historię alias quoque sepe ingredi aquas solitum fuisse. In altera expeditione ad Mediolanum, castra sua posuerant Itali in vltiori parte Abdug fluij, qui Albi minor non est, & ludebatur Fridericum Casarem, qui cum suo exercitu ab hac parte fluminis erat, existimantes amne interlabente impune se posse in Casarem iocari. Tum vero intrepide commisit se flumini Casar, iussitque equestres copias consequi, id vero nunquam existimantes fore Itali, quia sine iusto ordine passim aut iacebant, aut vagabantur temere, fugam cepere, ac a non magna equitum turma victi sunt. Testatur hoc factum insignis audaciae principem fuisse Fridericum, praeterea et qui facili de causa aquis se committere non sit veritus.

Bohemiae princeps a Friderico rex est creatus ob precipuam & insignem eius fidem, qua erga Casarem Fridericum ad Mediolanum usus erat.

Alexandro. 3. successit Papa Lucius tertius. Lucio. 3. successit Papa Urbanus. 3. Urbano. 3. mortuo factus est Papa Gregorius. 8. Gregorio. 8. successit Papa Clemens tertius. Clemente. 3. sequutus est Papa Celestinus tertius, ab hoc coronam imperij accepit Henricus Barbarosse filius,

Henricus sextus Casar Cermanus. xxi.

**A**Nno. 1190. post defunctum patrem Fridericum regnare coepit Henricus sextus huius nominis, & regnavit annos septem, maxima in Apulia bella gessit, & totum regnum tandem subegit. In Germania

mania aduersarios habuit Colonienſem & Leodi-  
enſem Episcopos, præterea & Burgundiones. In  
hoc tumultu Leodiensis Episcopus ferro confol-  
sus est, & hoc casu permoti alij quieuerunt ab in-  
cepto & vltro paruerunt. Fridericū filium adhuc  
puerum consensu electorum Cæsarem creauit, ele-  
ctio sigillatis tabulis electorum principum confir-  
mata est, dictus est hic postea Fridericus secundus  
Porro moriens iam Henricus tutelam pueri, &  
imperij gubernationem commisit fratri suo Phi-  
lippo, penes quem viuente etiam Henrico sum-  
ma imperij administrandi fuit.

Celestinum tertium sequutus est papa Inno-  
centius tertius, is persequutus est Cæsarem Philip-  
pum, & dixisse fertur: Velle se Philippo imperia-  
lem coronā adimere, aut pontificiam infulam ab  
eo sibi eripiendam. Insignibus imperij donauit  
Othonem Saxonem, sed ne hæc quidem diuturna  
& firma amicitia fuit, nam non multo post Otho  
a pontifice excommunicatus est.

Philippus Barbarossæ filius Cæsar  
Germanus. XXII.

**A**Nno. 1198. electus imperator est Philippus  
Barbarossæ filius Sueuiæ dux, & Cæsaris noie  
Italiae gubernator, regnauit annos decem. Huius  
tempore maxime seditiones in Germania exorte  
sunt. Nam defuncto Hærico, propere ex Italia ma-  
turato reditu suo, monuit Electores principes de  
facta electione in iuniore nepote suo Friderico cæ-  
sare creato. Et ne quam mutationem pateretur im-  
perium, sibi aut committendam administrationē,  
aut creandum se imperatorem, & non alium prin-  
cipem. Id vero ubi obsecit Innocentius pontifex  
Romanus, sollicitauit serio principes Electores,  
vt alius imperator eligeretur, indicans aperte se

## DE QVARTA MONARCHIA

Philippum ferre non posse, erat enim illi infensus quod gubernator Italiae nescio quid commiserat in pontificem, propter quod & excommunicatus fuerat ab Innocentio.

Iam vero absoluerat ab excommunicatione Philippum legatus quidam, qui & hoc nomine pontifici poenas dedit. Sed quid opus est verbis? Pontifex exosus erat vniuersum genus Friderici, illudque extirpare cogitabat, proinde ab Electoribus designatus est imperator Bartoldus Dux Zeringensis, qui preterquam quod opibus potentissimus erat, nullam ferè laudem meruit. Philippus in oppido Mulhausen erat, quo & multi principes, Bohemiae, Saxoniae, Bauariae, & Sueviae confluxerant, à quibus Cæsar creatus est. Atqui vero simulatque cognouit Zeringensis dux, potentia ac viribus minorem se esse Philippo, vltro ad eum venit, & veluti domino suo se sponte dedit, nolens imperatoriae maiestatis appellationem in se recipere. Cæterum pontifex Romanus nihilo magis ab instituto suo destitit, sed effectit, vt à Coloniensi Episcopo, & comite Palatino Rheni Brunsvuigensis princeps profugi Henrici filius Otho quartus huius nominis Cæsar crearetur. Hunc confirmavit & coronauit Innocentius, excommunicato Philippo. Itaque defecerunt ad Othonem non pauci principes, Bohomus, Comes Thuringiaë Hermannus, Episcopus Argentinenfis, sed interim tamen fortunauit Deus res Philippi adeo, quod imperium per totam vitam suam administrarit. Primum in Alsatiam profectus Argentoratum cepit, & Episcopum Argentinensem ad deditiorem coëgit. Interea temporis Spiras vsque Otho peruenerat, sed & is inde à Philippo in Saxoniam retro fugatus est, & subsequente iam Philippo in Thuringiam, couenerant eò Bohemiae

hemix rex, & Thuringia Comes, sed hi pugnant  
detrectantes Philippi imperio se subdiderunt.  
Postea & Coloniensī vrbe obsessa adedig  
tionem Episcopum, qui etsi coronauerat iam an  
tea Othonem, tamen & Philippum Aquisgrani  
imperiali diademate donauit. Non multo post ar  
matus OTHO præsidio quorundam Episcopo  
rum, destituit Coloniensem Episcopum propter  
defectionem ad Philippum, tum vero Coloniā  
reuersus Philippus aliquot prælia commisit cum  
Othone, & victoriam adeptus est, cæterum Otho  
in Angliam profugit.

Tandem ubi iam vidissent principes infirma  
tas partes Othonis, & retineri imperium à Philip  
po, qui & alioqui familiarem se præbuit principi  
bus. Vxorē Irenen habuit Caesaris Constanti  
nopolitani filiam, ex hac quatuor filias habuit, qua  
rum vnam Bohemię regis filio, vnam item Bra  
bantia principi in matrimoniū tradidit, tunc in  
quā ubi vidissent hæc oīa principes, de transgēda  
controuersia consularunt, missi ad pontificē sum  
mam legati sunt de concordia ineunda inter papā  
& Philippum, præterea vt Otho quoq; in gratiā  
reciperetur. Itaq; missis à pontifice in Germaniā  
legatis, absolutus est ab excommunicatione Cæ  
sar Philippus, transactio quoque facta est, vt filia  
rum Henrici vna nuberet Othoni, quo tanto fir  
mius inite concordie & familiaritatis vinculi ser  
uaretur inter vtrūq;. Facta hæc sunt omnia.

Porro sancito iam hoc fœdere, egit Bamber  
gæ postea Philippus, & die quodam quū esset ei  
à medico vena incisa, & nihil iam mali suspicaret  
optimus princeps, et solus in conclaui nō haberet  
plures secum præter Cancellarium, & Dapiferum  
de Wal

## DE QVARTA MONARCHIA

de walpurch, ingressus ad eum Otho de Wittels-  
pach, cuius genus Fridericus primus celebre et cla-  
rum fecerat, is ubi Cēsare sine presidio solum esse  
videt, ferro obruit inopinatum, & ingens vulnus  
collo imperatoris infixit. Adcurrit Dapifer opē  
laturus suo principi, sed latro impune ob celerita-  
tē elapsus est. Lethale hoc vulnus Philippo fuit,  
mortuus Bambergæ sepelitur. Sed postea à Fride-  
rico secundo humatum corpus Spiras translatum  
est. Saxo quod monumentum tegit inscriptū est:  
Philippus Bambergensis. Neque vero parricida  
Otho de Wittelsbach suo tandem merito suppli-  
cio caruit, nam & ipse non multo post trucidatus  
perit.

### De mendicantium Monachorum ordinibus institutis.

**T**emporibus Philippi Dominicus & Franci-  
scus mendicantium monachorū ordines in-  
stituerunt. Nam qui aut Canonici, aut monachi  
opulentiores erant, ii iam domini potentes facti,  
contempto ministerio docendi in Ecclesia cū Cē-  
saribus & principibus bella gerebāt. Itaq; hi duo  
viri tum prædicare cœperunt, & socios sibi adsci-  
uerunt homines modestos & pacatos, quales stu-  
diosi literarum erant, atq; hoc rei initium fuit. Pos-  
tea horum exemplo plures ordines orti sunt, id  
quod plerunq; fieri solet, quoties res nouæ incipi-  
unt esse in admiratione. Sed vt nihil perpetuo fir-  
mum & in suo gradu stabile perdurat in humanis  
rebus, ita & monachorum ordines hoc tempore  
suum statum & doctrinas amittere videmus.

Otho quartus Cēsar Germanus. XXIII.

**A**Nno. 1209. post defunctum Philippum impe-  
ratoris celsitudo Othoni Brunsvuigensi principi  
cessit, qui antea quoque in odium Philippi Cēsar  
creatus



LIBER TERTIVS 133

creatus fuerat, regnavit post Philippi obitum annos quatuor. Porro inter hos quatuor annos primum Romam profectus, & imperij coronam ab Innocentio accepit. In Italia regali planè & sumptuosissimo apparatu usus est, & ostendit gravitatem insignem in principes, & ciuitates oēs, adeo ut supplices eum omnes reuererentur. Post coronationem vrbes aliquot imperiales, à Pontifice iā occupatas, cepit: sed hæc occasio fuit ruptæ amicitia pontificiæ, proinde anathemate notauit Othonem Innocentius, etiam quū præsens adhuc esset in Italia, et ante reditum Othonis in Germaniam legatos misit ad principes, ut Cæsare alium, nimirum Fridericum secundum Henrici sexti filium eligerent.

Superbum planè atq; crudele fuit, ad eum modum excommunicari à pontificibus Cæsares, nec excommunicari tantum, sed imperio deici, ita ut nihil ferè honesti cogitare queas in his factis Pontificum, præsertim si causas & rationes omnes expendis. Hi omnes vno ordine excommunicati sunt, & fuerunt interim potentissimi & cordati Cæsares, q̄ magna & præclara negotia consecerunt.

Henricus quartus Francus.

Henricus quintus Francus.

Fridericus primus Sueuus.

Philippus Friderici primi filius.

Otho quartus dux Brunsvuigcensis.

Fridericus secundus Henrici sexti filius.

Cunradus Friderici filius.

Anno. 1212. reuersus Otho in Germaniam, quandò cognosceret exasperatos in se principum animos, tamen comitiorum diem dixit Norinberga, & monuit principes, ne permitterent id iuris pontificibus Romanis, ut ipsi pro sua libidine imperio deicerent Cæsares, nam imperium non ad Papam, sed

## DE QVARTA MONARCHIÄ

sed ad Germanos principes pertinere. Pertraxit hac monitione principes quosdam in suã sententiam, & inuasit Comitem Thuringæ Hermannũ patrem Lodouici comitis, cui diua Elizabeth nupta erat. Nam vt gratificaretur Hermannus Comes pontifici, opposuit se imperatori veluti pontificiis diris & excommunicatione homini condemnato. Sed ab omnibus postea principibus destitutus est Otho, vno Marchie comite in Misnia excepto, nam venit hostis Othonis in Germaniã Fridericus junior, præterea & adnitete papa, Francorum rex in Othone arma sumperat. Ceterũ nuntio allato de aduentu Friderici, profectionem parauit aduersus eum Otho in Alsariam vsque, & Brisacæ erat cum suo exercitu, verum destitutus omni presidio suorum in Saxoniam profugere coactus est. Tum vero reparato exercitu, & Angliæ regis ope adiutus in inferiorem Germaniam contendit contra Gallorum regem, à quo victus est, & obiit postea anno Christi. 1218. priuatus imperij titulis annos quinq; vixit.

Fridericus secundus. Cæsar German. XXIII.

**A**Nno Christi. 1213. Fridericus huius nominis secundus Friderici Barbarossæ filius Neapolitanus, Siciliæ rex, & Sueuiæ dux Othone deiecto Cæsar delectus est, & coronam imperij Aquisgrani accepit, regnavit annos trigintaseptẽ, interim tamen annos quinque anteq; moreretur, à papa Innocentio priuatus est imperio. Nemo satis miserari potest sortẽ huius laudatissimi Cæsaris, q; multis & præclaris virtutibus præditus erat, & interrim maximas atq; grauissimas insectationes pontificum Romanorum sustinuit. Multarum linguarum peritissimus fuit, Latine enim & Germanice, Græce, & Sarracenorum linguã nouit exacte, adhuc

ad hæc & bonarum artium disciplinas promovit, effecit vt Ptolemei Almagestum ex Sarracenco idiomate latinitate donaretur, & ea occasione Astronomicæ disciplinæ, quas multis iã annis nemo hoim in Europa tradiderat, in lucẽ reuocatę sunt.

Primum bellum in Germania aduersus Othonem quartum gessit ex consilio papæ, sed idem à pontifice præmium retulit, quod aliis Cęsaribus contigit ante sua tempora.

Secundum bellum in Brabantia gessit contra Brabantię ducem, & partes Othonis & Lotharingiam Germanico imperio iterum restituit.

Anno. 1220. Fridericus ab Honorio. 3. papa imperij coronã accepit. In Thuscia comites duo occuparant vrbes quasdam, quę ad imperium pertinebant, quas quum cepisset Fridericus, expulsi comites profugerunt ad Honorium pontificem, à quo recepti sunt in defensionem. Et præcepit Friderico vt eos in vrbium ablatarum possessionem restitueret. Id vero facere recusantem Fridericum excommunicauit papa Honorius, omni qua eum complexus antea erat amicitia deleta.

Anno. 1222. iterum in Germaniam rediit Fridericus, & comitis Herbipoli habitis, iuniorum filium suum Henricum imperij consortem fecit. & Aquisgrani est coronatus. Atqui vero postea captus est is Henricus à Friderico patre propter inuitũ fœdus in Longobardia cum ciuitatib. aliquot aduersus patrem, & viuente adhuc patre, situ ac squalore carceris extinctus est Henricus.

Quantũ Ierosolyma vrbs amissa iam erat, tamẽ possederunt interim Christiani alias magnas & potentes ciuitates in Syria, verum indies magis ac magis crescente potentia Turcarum, & retrolabente fortuna Christianorum, Romã venit Ioannes

## DE QVARTA MONARCHIA

nes, qui regis Ierosolymitani titulum adhuc tenebat, ac opē ab Honorio Papa petiit, impetrauitq; vr̄ ab Honorio absolueretur Fridericus anathemati obnoxius. Itaq; consenserunt vltro Fridericus & Germaniæ principes ad exercitum parandum pro Ierosolymæ vr̄bis liberatione, & rex Ierosolymitanus tradidit Iolen filiam suam in matrimonium Friderico Cæsari, vnde id quoq; hodie est, q̄ regni Ierosolymitani titulum vendicāt sibi Siciliæ reges. Proinde ingenti exercitu instructo Ierusalem petebat Cæsar, cum multis Germaniæ principibus, inter quos & Lodouicus Landtgrauius fuit, cui Elizabeth nupserat, & is in ea expeditione Brundusij obiit.

Anno. 1228. profectus est Fridericus Ierosolymam, & negotium ita confecit, q̄ à Sultano nō solum Ierosolyma, sed multa aliæ vr̄bes in vicinia sitæ vltro ei sint redditæ. Coronatus est Ierosolymæ Fridericus anno. 1229. Ierosolymam & Ioppē vr̄bes munitionibus firmari curauit aduersus vim hostium, pacis fœdera sancit cum Sultano decennij spatio. Significauit hæc omnia per epistolam pontifici Romano, petiitq; excommunicationis absolutionē, nam et à Gregorio Papa anathemate notatus erat, nescio cuius iuris causa in regno Siciliæ. Sed parum erat Pontifici denegare Cæsari absolutionem, nam & hos quoq; dolos siue iniurias potius fecit absenti Friderico, etenim contra eum Papa Gregorius ciuitates Italiæ mouit, & ipse occupauit per vim vr̄bes nonnullas in hæreditario eius regno Neapolis. Itaq; hac necessitate coactus est Fridericus redire in Siciliam, & hæreditarium regnum suum ex periculi metu eripere. Quinquā autē summa vsus erat perfidia pontifex in absentē Cæsare, tamē tanta demissione absolutionē postulat,

## LIBER TERTIVS

117

laui, vt promitteret se à pontifice Siciliani regni feudum accepturum. Adhęc & principes Germanos vocabat in Italiã, vt vel per eos controuersia inter se & pontificem transigeretur. Proinde liberauit Gregorius Cæsarem ab anathematis diris iterum Anno. 1230.

Postea tertiũ venit in Germaniam Fridericus, & bellum in Austria cõtra Hungaros gessit, & cepit Viennam urbẽ, quę vt esset & maneret imperialis ciuitas, datis literis id voluit ratum confirmari. Tum quoq; filiũ suũ Cunradũ Viennę Cæsare elegit, mortuo iam in carcere Henrico filio.

Anno. 1238. iterum redeunte in Italiam Friderico, Mediolanenses contra eum insurrexerunt, & aliã plerãq; prepotentes ciuitates. Mediolanum grauissima clade adfecit Fridericus, qua de causa ciuitates inito foedere cũ pontifice conspirant contra Fridericum Cæsarem, quẽ & hoc nomine tertio excõmunicat papa Gregorius, et hereticũ pro scribit, concitatis etiã ad arma contra eũ Venetis. Fridericus æditis scriptis publice questus est de illata iniuria, & interim supplex quoq; absolutionẽ petiit à pontifice. Erant ex Cardinaliũ ordine multi, qui consilia papę non probabant. Ceterum vbĩ precibus de impetranda venia non dabatur locus omnino apud Gregorium, necessitas cõpulsit Fridericum, vt se tueretur, & non caruit sua factione, quę tum in Italia potētissima erat. Nam diuisa tũ erat Italia in Guelphos & Gibelinos, hi pro Cæsare, illi vero pro pontifice sentiebant. Vtrunque nomen ex Germanis ortũ in Italiam translatum erat, nam Guelphorum genus perpetua odia exercebat aduersus sanguinem Friderici, vnde & Guelphi dicti sunt, vt perpetuo infensi hostes Friderici, porro Friderici generis origo à Weiblingis

S est,

## DE QVARTA MONARCHIA

est, vnde appellati sunt Guilblingini, id quod mutato nomine Gibelini dixerunt Itali.

Pontifex grauiſſima neceſſitate adactus cruce & indulgentias publicauit aduerſus Ceſarem Fridericum, perinde ac manifeſte impium, et prophanotorem religionis, tulit id multo ægerime Fridericus, obſedit Romam, ſed re infecta diſceſſit, ac Rauennam urbem cepit.

Anno. 1245. Innocentius quartus habito concilio Lugduni abdicauit imperio Fridericum, uſus Gallorum preſidio, & per literas ſignificauit Electoribus principibus, vt alium Ceſarem designarent, illi vero dixerunt imperatorem Henricum Thuringiæ Landgrauium. Is ante Vlmam urbem tormento bellico ictus perit. Fridericus nouam in Italia urbem condidit, que Victoria dicta eſt. Vbi argenti inopia laborabat, e corio iuſſit numiſmatis formam parari, vt eſſet quo militibus ſtipendia ſoluerentur, ceterum quia primam argenti copia fieret, ſe id quod ex corio erat uero & bono numiſmate commutaturum, id quod liberaliter etiam poſtea fecit. Iam uero quum nullam amplius ex Germania ſperare preſidia poſſet, preterea & captus eſt Encius filius eius, qui & perit in carcere, varie adſiſtus eſt, & contulit ſe in Apuliam, ubi & mortuus eſt, anno. 1250. ſunt qui ſcribunt ueneno necatum eſſe. Scilicet quieſcere non poterant ſanctiſſimi patres, niſi prorfus optimum principem extintum uidiſſent. Neapolitanum regnum hæredi filio ſuo Cunrado reliquit, Italia factionibus diuiſa manſit poſtea ſemper. Pars enim imperio, pars pontifici adhaſit, donec Venetorum, & Mediolanenſium vires crefcere & augeri ceperent poſtea.

Innocentio tertio ſucceſſit Honorius tertius, a quo coronam accepit Fridericus ſecundus, &  
excom

excommunicatus est postea.

Honorio tertio successit Gregorius nonus, a quo similiter anathemate notatus est imperator Fridericus.

Mortuo Gregorio nono papa factus est Celestinus quartus.

Post Celestinum papa factus est Innocentius. 4. Is imperio priuauit Fridericum, & filium eius Cunradum anathemati subiecit.

Cunradus quartus, Germ. Cæsar. XXV.

**A**NNO. 1250. regnauit Cunradus Friderici filius mortuo patre, sed ab Innocentio quarto excommunicatione notatus est. Landtgrauus Thuringiæ Henricus vicit eum apud Francofordiam, viuente adhuc patre Friderico, sunt qui scripsere post Henrici obitum gestum hoc bellum contra Cunradum a Wilhelmo Landtgrauo. Atqui vero vbi considerauit Cunradus, se destitutum presidio Germanorum principum, contulit se in hereditarium regnum suum Neapolim, ibique defunctus vita est, anno. 1253.

Finis Sueuiæ Ducum.

Cunradus, de quo modo diximus, vxorem habuit Bayarici sanguinis, ex qua filium suscepit Cunradinum, qui in hereditario ducatu suo Sueuiæ educabatur, & post obitum patris hereditarium regnum suum Neapolis petere volebat, tum vero aduersus eum vocabat in regnum Neapolitanum pontifex Clemens Carolum Gallorum regis fratrem Cunradinus vt q̄ Sueuiæ dux erat, magna presidia & copias Germanorum circum se habebat, & principio magnis victoriis vsus est. At vero tandem per insidias Cunradinus Cunradi filius, et Fridericus Austriæ dux capti sunt, preterea et sordidius q̄ decebat tractati, et contumeliis adfecti sunt, tandem consilio

## DE QUARTA MÖNARCHIA

papæ cervicem carnifici amputandam præbuerit. Saxeus planè esset, què non tantè crudelitatis exempla cõmouerent, nimirum tam generosum regem, à tot Cæsaribus ortum, adeo sine villo iure et ratione tam turpiter à Clemente papa è medio sublatum esse. Scripta etiam hodie adhuc extant, quæ tunc temporis edita sunt, in quibus queritur de iniuriâ optimus princeps, & totam causam ordine commemorat longa narratione, vt dubium non sit meram tyrannidem aduersus Cünradinũ exercuisse Papam.

Wilhelmus Cæsar Germanus. XXVI.

**A**Nno. 1254. electus est Cæsar Wilhelmus Hollandiæ Comes, principem ferunt probitatem & vitæ innocentia insignem fuisse, sed à Frisus cesus est Anno. 1256.

Interregnum.

Mortuo hoc Wilhelmo sine certo Cæsare stetit imperium annos septemdecim, idq; non sine summo exitio Germanicæ nationis. Infortunium hoc natum est ex bellis ciuilibus, quæ in imperio per pontifices Romanos sunt excitata. Porro dissidiõ propter electionem orto inter electores, à quibusdã electus est Cæsar Alfonso Hispaniæ rex, propterea q; sapientia non vulgari, & præclaris virtutibus præditus erat. Atqui vero is est Alfonso, qui Astronomicis artibus non solum ipse est delectatus, sed etiam multis præclaris libellis de ea scriptis studium eius auxit, & emendauit. Caterum Alfonso, quanq; monitus à Papa de recipienda imperij maiestate, tamen id constanter recusauit, propter incertam fidem & instabilem concordiam Romanorum pontificum cum imperatoribus. Pars altera electorum designauit Cæsarem Richardum regis Angliæ fratrem, cumq; Basileam vsque duxerunt.

tunc



runt, verum ab imperio receptus non est.

Innocentio mortuo factus est papa Alexander quartus, Vixerunt hoc tempore Albertus Magnus, & Thomas Aquinas.

Alexandro, 4. successit papa Urbanus quartus.

Urbanum, 4. sequutus est papa Clemēs, 4. qui Cunradinum truncari iussit.

Clemente, 4. defuncto, ob dissensionem de eligendo pontifice orta, vacavit Papatus biennij spatium, tandem creatus est pontifex Gregorius decimus, is monuit in initio sui pontificatus Electores, vt consentientibus votis imperatorē iterū designarent, ne imperij status prorsus collaberetur.

Rudolphus Cęsar Germanus. XXVII.

**A** NNO Christi, 1273. electus Cęsar est Rudolphus comes Habisburgius, et Alsatię comes provincialis, regnavit annos. 19. Confirmatus est a pontifice, conuenerāt enim Cęsar & pōtifex Laufanę, id quod versiculi veteres testantur.

Bis sexcenti septuaginta tresq; sterere Anni, Laufanę dum rex & Papa fuere.

Ceterum in Italiā non est profectus Rudolphus, neq; coronam imperialem accepit. Solitus est Esopi fabulam recitare de vulpe, quę leoni in spelunca ægrotanti dixerat: Ideo se terreri ab ingressu, q̄ vestigia omnia ingredientium, nō egredientium essent animalium. Ad eundem modum & se considerare, maiores suos ingressos quidem sæpe magnis copiis Italiā, sed male tractatos dum plerumq; rediisse. Interim tamen vicarium gubernatorem misit in Italiā, qui receptus est a potissima parte urbium Italicarum.

Resisterunt Rudolpho primū Bohemi & Bauari, sed Bauariā cito subiugam reddidit.

Othacarus rex Bohemorum noluit parere, & p̄gre

## DE QVARTA MONARCHIA

terea iam vacuum heredibus Austriam, quę imperio nunc cesserat, contra ius phascq; occupabat, Misus est itaque a Rudolpho Norinbergensis Burggravius in Bohemiam, vt nuntiaret regi ex imperatoris iussu, vt pareret, & Austria cederet, sed vtrunq; recusauit Othacarus. Proinde post multas disceptationes super ea re habitas ducit in Austriam armatas copias Rudolphus, eamq; occupauit, obsidione cinxit Viennam urbem, & ingenti praelio pugnatu est apud Nidersbruggum, anno 1278. Othacarus in eo conflictu casus est. Ita demum redacta Austria est sub ditionem Rudolphi & in ea ducem postea constituit Albertum filium suum, vt ea occasione iam porro sit Austria beneficium seu feudum imperiale. Porro ab hoc Alberto iam inde originem ducunt Austriaci principes, vsq; ad laudatissimum Cęsarem diuum Carolum & regem Ferdinandum fratrem eius.

Rudolphus cęsar summa clementia ac humanitate vsus est erga Wencelaum Othacari filium, reliquit enim illi Bohemiam regnu, & filiam ei in matrimonium dedit. Wencelaus hic in diuorum numerum relatus est, & sacris honoribus colitur. Rudolphus & Burgundiones domuit. In Alsatia primum seditiosas vrbes, quę conspirauerant in eum, vi cepit, & dignas de illis poenas sumpsit, inter eas vrbes Haganoa, Colmaria, Tygurum & Berna fuerunt.

Anno. 1286. Comitē wirttembergensem Ebrardum inuasit, & Sturgardium obsedit, tandem causa per Episcopu Moguntinensem transacta est.

Anno. 1290. Rudolphus celebra comitia habuit Erfurdia, & presidio vrbis Erfurdianę diripuit & solo æquauit circiter sexaginta arces in Thuringia. Eo demum pacto turbatum, & plenum seditioni

LIBER TERTIVS

140

tionibus statum Germanie, dum certis imperatoribus caret, sub pacis leges iterum redegit Rudolphus, & collapsum imperium ferè erexit, mortuus est Anno Christi millesimo ducentesimo nonagesimo secundo.

Gregorio decimo successit papa Innocentius quintus.

Innocentio. 5. successit Adrianus. 5.

Adrianum quintum sequutus est papa Ioannes. 21. medicus.

Ioanne. 21. mortuo papa factus est Nicolaus. 3. moliebatur is duobus nepotibus suis duo Italiae regna tradere, vt alter Etruriae, alter vero Longobardorum rex esset, videbat enim pontifex plus satis negotij fieri Rudolpho in Germania, putabatq; ea de causa in Italiam venire eum non posse. Verum quo minus succederent conatus Papae, restiterunt Caesareae vrbes, & misit Rudolphus vicarium gubernatorem in Italiam.

Post Nicolaum. 3. factus est papa Honorius. 4.

Post Honorium. 4. factus est papa Nicolaus. 4.

Adolphus caesar Germanus.

XXVIII.

**A**Nno Christi. 1292. Adolphus comes de Nassau caesar eligitur, fuerat hic antea apud Rudolphum in magna estimatione, erat praeterea eius frater Moguntinensis episcopus, & huius suffragio iuuabatur Adolphus, vt imperium consequeretur. Regnavit annos sex, & per Electores ab imperio depositus est, nam ad tolerandos sumptus eminentiae Caesareae non satis sufficiebant copiae familiares, adhuc & magnis in rebus gerendis plane erat infortunatus. Memorabile bellum quod gessit id erat, quod in Thuringiam duxit exercitum. Nam Alberto Landgravo Thuringiae contentio erat cum

## DE QUARTA MONARCHIA

filio suo Dietro, & Friderico cui à morfa maxilla cognomen erat. Et vendidit is Adolpho Cæsari prouincialem comitatum Thuringiæ. Studebat is quoq; generis sui nobilitatem reddere illustriorem, & in Thuringiam profectus, magnis eam cladibus adfecit, obsedit Crutzbergium, Francockenstein, Friburgium, Verum à Friderico repulsus est. Porro ob varias & multas perturbaciones, quæ tum erant in imperio, compescendas, potentiori quodam capite opus erat in Germania. Ideoq; conuentu habito ab Electoribus principibus Moguntia, deligitur Cæsar Albertus Austriæ dux Rudolphi Cæsaris filius. Sed quum vi retinere vellet imperium Adolphus, armatis copiis contra eum profectus est dux Albertus, & infestis signis vtrinq; pugnatum est prope Wormaciam, in eo conflictu perijt Adolphus anno. 1298. id quod hi versus testantur,

Anno milleno tercentis his minus annis  
In Iulio mense, rex Adolphus cadit ense.

Post Nicolaum quartum factus est papa Celestinus. 5. Is relicto pontificatu monachus factus est

Post Celestinum. 5. factus est Bonifacius. 8. Papa. Ab hoc ferunt deceptum Celestinum voce tanquam cœlitus missa per cannam ad eum facta, ut desereret pontificatum, & Bonifacium substitueret. Ingentia bella in Italia excitauit, excommunicauit Gallorum regem, & titulum regni Gallici donauit Alberto Cæsari, ut hac occasione tandem inter se conflictarentur Germani & Galli. Postremo captus est Bonifacius, & in carcere perijt, atque hinc est quod dicitur de eo. Intrauit ut vulpes, regnauit ut lupus, mortuus est ut canis.

Alber

Albertus primus Cæsar Germa. xxix.

**A**Nno .1298. cœpit regnare Albertus Austriae dux, Cæsaris Rudolphi filius, imperavit annos decem, bello superavit Adolphum Cæsare. Primū Bonifacius Papa ratum habere noluit imperiū Alberti, postea vltro cōfirmavit in odium Gallorum regis, & donatum Albertum titulo regni Gallici, extimulavit eum cōtra Franciæ regem, verum rex Gallorum tradita filia in matrimoniū filio Alberti, placavit eum, ne quid hostiliter aduersus eū tentaret. In Bohemiam expeditionem adornavit, & filium suum Bohemiæ regem constituit. Bohemiam & Moguntiam hostilia fœdera ineuntes contra se, ita domuit, vt parerent imperio.

Tandem à fratris filio, & comitibus quibusdam Austriae trucidatus est. Forte id ita voluit Deus, ne cædes in Adolphum Cæsarem commissa foret impunita. Quanquam enim is erat nō paris potentie, tamē interim vt dominum suum constitutū à deo, venerari debuisset. Parricide & suas quoq; pœnas dedere. Deus enim cædes & latrocinia inulta non finit.

Post Bonifacium octauum factus est Papa Benedictus decimus.

Translatio sedis pontificiæ à Romanis  
in Galliam.

**B**enedicto. 10. mortuo declaratus est Papa Clemens. 5. genere Gallus, egit hic in Gallia apud Lugdunenses, & absoluit ab excommunicatione regem Gallorum, Porro iam inde ab hoc tēpore, hoc est, anno. 1305. translata erat pontificia sedes ab vrbe Romana Avinium Gallie urbem annos. 17.

Temporibus his Fratricelli fuerunt, qui planè Anabaptistarum more, qui nostra hac ætate in incertum vagantur, senserunt nihil proprii habendū,

## DE QVARTA MONARCHIA

non esse administrandas respublicas Christianis,  
& similes phanaticas opiniones habuere,

De Turcis.

**T**emporibus Alberti Austriaci genus Otho-  
manni apud Turcas potentia et æstimatione  
excescere cœpit, ex cuius sanguine illi Turcici re-  
ges, qui hodie imperant, originem ducunt.

Henricus septimus Lucelburgensis dictus  
Cæsar Germanus. XXX.

**A**nno Christi. 1309. Imperator electus est Hen-  
ricus princeps Lucelburgensis, regnavit annos  
sex. Etenim interea dum in Gallia pontifex erat,  
ambiuit imperij dignitatem rex Gallorū, & con-  
sensu pontificis sui se voti compotē fore sperabat,  
sed ne inter pontificem quidem & Gallum con-  
cordia diu stabilis erat, proinde monuit Papa ele-  
ctores principes, qui iam multo tempore de ele-  
ctione dissenserant, vt maturarēt concordibus vo-  
tis Lucelburgensem principem imperatorem de-  
signare, qui tum ob sapientiam cum summa graui-  
tate coniunctam clarissimus habebatur princeps.  
Electum statim confirmavit pontifex, itaq; votis  
& studio suo frustratus est Gallus in transferenda  
ad se imperij Romani dignitate.

Primum spoliavit Henricus Comitem Wirte-  
bergensem omnibus fortunis, q̄ rebellis erat im-  
perio, Ioanni filio suo regis Bohemici filiam vxorē  
dedit, estq; hac occasione Ioānes Lucelburgen-  
sis princeps Caroli. 4. pater rex Bohemiæ factus.

Postea cum ingentibus copiis in Italiā descen-  
dit, & tantam sui formidinem incussit Italię, quan-  
tam multo tempore antea nullus imperator alius.  
Vrbes quedam non nisi vi coactę dedere se volue-  
runt, vtpote Cremona, et Brixia, reliquę vltro pā-  
tuerunt. Romę imperator coronatus est, Florentia  
tiam

tiam grauiſſima obſidione premebat, quo tempo  
re, vt ſcriptum reperitur, monachus quidam prædi  
catorij ordinis ſubornatus à Florentinis perdidit  
Henricum veneno, quod Euchariftiæ illitum de  
derat ei. Quin & pontifex ipſe ſuis iam armis in  
ſtructus minabatur Henrico excommunicationis  
telo, vbi augeri eſtimationem eius in Italia ſenſit.

Lodouicus Bauarus. xxxi. Cæſar Germ. Et  
contra hunc electus eſt Fridericus  
Auriæ dux.

**A**nno Chriſti. 1314. conuenerant Francofordiæ  
electores principes, Moguntinēſis, Treuerē  
ſis & Coloniēſis Epifcopi, Ioānes Bohemiæ rex,  
Rudolphus Comes Palatin⁹ Rheni, Rudolphus  
Saxonie Dux, Volcmarus Marchio Brandenbur  
genſis. In die Lucie à Moguntino & Treuerenſi  
Epifcopis & Bohemiæ rege, & Marchione Bran  
denburgenſi electus eſt Lodouicus Bauarus. Et  
contra hunc delegerunt Fridericum Auriacum  
Coloniēſis Epifcopus, Palatinus & Saxonie dux.  
Lodouicus Aquisgrani coronatus eſt, Fridericus  
Bonne imperij inſignia accepit. Controverſa hæc  
in eligendo ingentis ciuilis belli occaſionem pe  
perit in Germania, Auriæ dux fautores habuit  
Pontificem, Francie & Hungariæ reges, Sueuos,  
Palatinum, Argentinēſes, et alias multas vrbes.  
Lodouicum autem, qui viribus infirmior erat, &  
deſtitutus humano præſidio, fortunauit deus, im  
perauit annos trigintatres.

Anno. 1315. collatis ſignis pugnatū eſt inter eos  
ad Neccharem fluuium, & vtrinque multi occu  
buerunt in prælio.

Anno. 1323. pridie Michaelis ingenti conflictu  
congreſſus eſt Lodouicus cum Friderico. Frideri  
cū iuuabat frater eius Lupoldus, cōiunctis Sueuis  
& Hel

## DE QVARTA MONARCHIA

& Heluetiis, et magna quoque parte Hungarorum; Lodouicum sequutus erat Bohemię rex, et Norinbergici castrı Comes, & principes plerique alij. Iam vero quum cunctaretur Lupoldus, vt traicere amnem nõ posset, cęsus est a Lodouico exercitus Austriacus, et captus est Fridericus a Franco quodam, cui Ebrardo Mosbachio nomen erat, qui perduxit eum ad Bruggrauium Norinbergensem, a quo ad Lodouicum missus est. Atqui vero vbi vidit Lupoldus opem ferre se non posse fratri, tanta animi indignatione ac furore percitus est, quod seipsum penę interfecisset, nisi sui cohibuissent eum, qui & consuluerunt quoque vt recederet, neque sua sponte deiceret se in periculum. Postea vero ne quicquam multa tentauit Lupoldus, & apud pontificem, & Francorum regem, vt vi eriperet Fridericum fratrem, nam Gallus alieno negotio nõ admodum mouebatur. Fridericus trium annorum spatio captus erat in arce quadam apud Bauaros, tandē transacta controuersia dimissus est hac lege, vt imperio cederet, quod quum vltro recepisset, restitutus est a Lodouico in Austriam. Itaque vsus est summa humanitate atque clementia Lodouicus in hostem suum, interim tamen nõ quiescente Lupoldo a motibus excitandis, etiam post liberatum Fridericum.

Postea censuris pontificiis animaduertit in Cęsarem Lodouicum Ioānes. 22. quod ante coronationem imperiali autoritate & imperio vsus fuerat in Italia. Occasio ingētis schismatis inde orta est apud Germanos, eaque durauit circiter vigintiquatuor annos, interea magne passim seditiones in imperio eurbibus nate sunt, & pars altera alios per cõiurationem pellere & opprimere conabatur. Et quanquam nõ semel petiisset absolutionem a pontifice Lodouicus, tamen nullis eam precibus potuit impetra-



re. Reiectus est postea à Benedicto Papa & ab alijs multis claris viris processus, & instituta actio Ioannis cōtra Lodouicum, propter iniquitatem quæ vsus erat. Controuersæ scripta inter pontificem & Cæsarem etiamnum extant, in quibus gloriari veritus non est Ioannes papa, penes se summam autoritatem & ius esse creandi & deponendi nō solum reges sed imperatores omnes pro sua voluntate. Estimari ex his potest facile, non graui admodum de causa Papam exercuisse tanta odia aduersus imperatorem. Non deerant quoque sub idem hoc tempus homines eruditi, qui scripta pontificis palam insectabantur, inter hos Ocam fuit. Principes Germani omnes tam ecclesiastici, quàm equestris ordinis imperatori adheferunt, tandem compulsi quidam sunt ad defectionem, atque adeo etiam ad electionem alterius Cæsaris per pontificem.

In Italia maximas factiones habuit Lodouicus. Galeatius Mediolanensis, & Senatus Romanus expetit aduentum Lodouici in Italiam. Itaque profectus est comitante Regina, quæ & peperit Romanæ filium, qui dictus est Lodouicus Romanus, & factus postea ab imperatore Marchio Brandenburgensis, Mediolani ab Episcopo, Romæ à Cardinali de Columna coronatus est. Constituit quoque Romæ pontificem Petrum Corbariensem, qui non multo post Auinium pertractus est vinculus ad Ioannem. 22. à quo in carcerem est coniectus, in quo periit.

Porro dum hæc omnia geruntur, nullis obtestationibus assequi potuit Lodouicus, vt anathemate liberaretur à pontifice, verum enimvero id tandem indefessis conatibus suis effecit papa, vt in Lucelburgo conuentu habito, Moguntinus, Treuerensis & Coloniensis Episcopi & Bohemiæ rex

## DE QVARTA MONARCHIA

vna cum Saxonie duce alium imperatorem designaret. Electus est Carolus quartus Moravie Comes provincialis, filius Bohemie regis. Is a Clemente. 6. pontifice tum confirmatus est. Caterum dum Aquisgranum & Colonia vrbes Casarem agnoscere non volunt, Bonne imperij insignibus est exornatus.

De Nicolao Augusto, qui  
fuit Romę.

**C**ontigit sub hoc tempus Romę insignis cuiusdam stultitię exemplum. Nicolaus quidam scriba vrbis Romę ea erat potentia & autoritate, vt penes eum totius vrbis imperium esse diceret, nam aberant tum adhuc quoque pontifices in Galliam translati. Appellavit hic Nicolaus se Tribunum Augustum, & publicis scriptis editis est testatus, Romam adhuc verum caput esse imperij, & ideo ex autoritate vrbis Romę penes se summam potestatem esse tractandi causas imperij. Et pro ea autoritate vocavit Lodouicum & Carolum, vt coram se in iudicio compareret, & causam suam ipsius arbitrio committerent. Similem stultitiam eius generis exercuit saepe in vrbes, & reges quoque alios, ad biennij spatium, tandem a pontificia factione pulsus miser hic Augustus profugit ad Carolum quartum. Carolus vero hominem temerarium Aulnium misit ad pontificem, a quo captus in carcere servatus est.

Anno Christi. 1345. obiit Lodouicus Bauarus. Tum vero cum ingentibus copiis ex Bohemia Ratisbonam venit Carolus, vbi imperator agnitus est. Inde & a Norinbergensibus receptus est, prætexit enim Carolus clementem sibi a pontifice absolutionem contigisse, pro expiandis grauibus peccatis illis, quibus dum Lodouico adhaesissent,

sent, redditi essent obnoxij. Basileę quum consuli  
 committeretur vt vrbis nomine absolutionē pe-  
 teret, respondit: Arbitrari se nihil eos criminis ad-  
 misisse, q̄ Lodouicum habuissent Cæsarem, neq̄  
 etiã existimare se Lodouicum hereticum fuisse,  
 interim tamen si à delictis absolui possent, id se nõ  
 ægrelaturum. Itaq̄ absoluti sunt.

Anno. 1348. defuncto iam Lodouico maior etiã  
 am discordia orta est, Mogūtinus, Palatinus, Bran-  
 denburgensis et Saxonie dux, filius illius cuius sus-  
 fragio Carolus creatus erat imperator, conuene-  
 runt, & reiecta Caroli electione adsciuerunt ad su-  
 sciendam maiestatem imperij Eduardum An-  
 glie regem, sed ille vt rem molestiarum plenam  
 suscipere recusabat. Inde delegerunt Fridericum  
 Misnie Comitem prouincialem, ceterum & hic  
 contempsit imperij titulos, noluit enim in exitio  
 um hereditariae terrae sue cum Bohemis vicinis  
 belligerari.

Guntherus comes Schuartzburgensis  
 electus Cæsar.

**A**Nno. 1350. Francofordie Cæsar electus est, nõ  
 omnium tamen Electorũ consensu, Gunthe-  
 rus comes Schuartzburgicus, recepit is guberna-  
 cula imperij & instructus omnibus præsiidiis ad re-  
 tinendum imperium, satis munitus erat aduersus  
 vim Caroli, qui tunc Mogūtie agebat. Ceterum  
 paucis post diebus Guntherus veneno necatus  
 perit Frãcofordie statim. Itaq̄ imperio solus Ca-  
 rolus potitus est. Francofordiã venit, & pro Cæsa-  
 rereceptus est.

Post Clementem quintum factus est papa Io-  
 anhes vigesimus secundus, qui præter iustam caul-  
 sam in optimum Cæsarem Lodouicum censuris  
 pontificiis animaduertit.

Post

## DE QVARTÀ MONARCHIA

Post Ioannem. 22. factus est papa Benedictus. 11.  
Is nunquam Ioannis actionem contra Lodouicum  
comprobauerat, & pontifex factus vltro eum ab-  
soluisset, nisi cōminationibus suis Franciæ & Nea-  
polis reges eum id facere prohibuissent. Porro  
quum inter dicendum commemorarent regi legā-  
ti, Lodouicum multa nefanda contra pontificē ma-  
chinatum, respōdit Benedictus: Imō nos fecimus  
contra eum. Vixit in Papatu ad breue tempus, id  
circo causæ omnes infectæ hæserunt.

Post Benedictum. 11. factus est papa Clemēs. 6.  
Is renouauit illatæ excommunicationis tela contra  
Lodouicū, & acerrime eum persequutus est, tamē  
etsi interim de pacis conditionibus tractaretur in  
Vienensi concilio apud Gallos, et supplicem se de-  
clararet Cæsar Lodouicus. Emit hic Clemens Aus-  
tiniū Franciæ, atque ita vrbs hæc iuris pontificij  
facta est.

Porro hisce temporibus in Germania & Gallia  
simul multæ turbæ hominum oberrarunt passim,  
qui seipos virgis ceciderunt, multi eorum Spiram  
venerunt in ipsiſ comitorum diebus, magnam re-  
ligionis speciem præferētes. Sanctimonie nomi-  
ne à ciuibus ad prandia sunt inuitati, Erroris fucus  
vt nihil differebat ab Anabaptistarum opinione re-  
ligiosa, ita secta non minus perniciosa erat illis tem-  
poribus. Tandem vero damnata est.

Clementem. 6. sequutus est papa Innocētius. 6.  
huius temporibus Carolus quartus coronatus est  
Romæ.

Carolus quartus Cæsar Germ. xxxij.

**A**Nno CHRISTI. 1350. post obitum Guntheri  
Schuartzburgensis imperare cœpit Carolus  
huius nominis quartus, Lucelburgensis sanguinis  
princeps, Ioānis Bohemorū regis filius, Erat enim  
is Henr

is Henrici Lucelburgenfis filius. Porro ab hoc anno. 1350. regnavit Carolus annos vigintiocto.

Anno. 1355. Carolus in Italiam descendit, & humanissime ab vrbibus exceptus est, Romæ totus Senatus & optimi quicq; oburam procedentes eius aduētū religiose exceperere. Ille vero vt vicissim suam humanitatē Romanis testaretur, equo descendit, & pedes deditioem vrbis recepit. Postea ab Hostiensi Cardinale coronatus est. Ciuitates pontificij iuris in Italia, sed interim rebelles, subegit in pontificis gratiam, vt amplius non reluctarentur. Alia quę in hac expeditione fecerit, non reperio.

Anno. 1360. Carolus Ebrardum Wirtebergensem Comitē ingenti exercitu oppressit, atq; depulatus est, tandē autem per Augustanum, Argentinensem & Spirēsem Episcopos cōtrouersia composita est.

Anno. 1366. iterum in Italiam perrexit Carolus, in qua vrbes quasdam tumultuum cupidus compescuit, & subegit.

Carolus Vlmam obsedit, sed qua de causa, id nusquam reperio scriptum. Etenim imperiti historice proprietatis Germani nostri, circumstantias & causas rerum gestarum non attenderunt.

Magnam laudem meruit Carolus ob aureā bullam conditam, in qua multa, quę ad publicam pacē seruandam pertinent, commode complexus est. Rerum Bohemicarū inprimis studiosus fuit. gymnasium publicum Pragę instituit. Sunt qui improbant iurā in Arelatensi regno tradita ab eo esse Galorum regi.

Anno. 1370. Carolus filium suum wenceslaum Cæsarem creari fecit. Alteri suo filio Sigismundo Comitatum Marchię Brandenburgēsis, quem emerat a Lodouico Romano, donauit.

T

Anno

## DE QUARTA MONARCHIA

Anno. 1377. Vdaltrichus Wirtebergensis Comes infortunatè ante Ruetlingium urbem pugnavit. Perierunt in eo conflictu homines multi, & præclari.

### Heluetia.

Sub hæc tempora Heluetica fœdera cœpere, & primum Lucerna, deinde Berna, postea Tigurum Heluetiis se adiunxerunt, & generosissimus princeps Lupoldus Austriæ dux ab Heluetiis victus occubuit, anno. 1385.

Cæterum quando extrant passim rerum Helueticarum historię, superuacaneum esse existimo facta eorum longa commemorazione in hoc libello recensere.

Innocentium .6. sequutus est Papa Urbanus quintus. Urbano .5. successit Papa Gregorius .11. is Romã ex Gallia transtulit iterum pontificiã sessionem. Anno. 1376.

### Schisma.

Post Gregorium undecimum ingens schisma oritur. Itali Italum pontificem Urbanum .6. dictũ creauerunt, & is Romę mansit. Galli item elegerunt pontificem in Italia, quem Clemẽtem septimum appellarũt, is Auinium se recepit. Erat itaque diuisa Roma, erant et pontifices duo, alter in alterum censuris sequebat. Porro Italia, Germania & Hungaria Urbano Romanorum pontifici adheferunt. Durauit hoc schisma vsq; ad Constantiense concilium annos nouem & triginta.

### Wencelaus Cæsar Germanus. XXXIII.

Anno millesimo trecentesimo septuagesimo octauo post obitum Caroli imperare cœpit Wencelaus filius eius, & regnavit mortuo patre annis viginti duobus. His temporibus apud Pragenses publice docere cœpit Ioannes Hus contra indul

indulgentias pontificias, atque ex hac occasione perniciosi tumultus in Bohemia cōtra sacerdotes & monachos exorti sunt.

Wencelaus tandem à Sigismundo fratre suo captus est, & Viēnē in carcere seruatus. Alia de hoc Wencelao non reperio, quæ digna existimem, vt conscribantur.

Rupertus Cæsar Germanus.

XXXIII.

**A**NNO. 1400. Cæsar factus est Rupertus Comes Palatinus Rheni, imperio præfuit annos decem, ceterum quū iam multos annos Italia abfuisse Cæsares, Galeatorum potētia apud Mediolanenses creuerat, & Florētini quocq; facti opulentiores erant, & bella gerebant contra Mediolanenses. Florentini opē petebant à Ruperto Cæsare ad comprimendam potentiam Galeatorum, proinde adiuturus Florentinos Rupertus trāscendit in Italiam, & cepit Galeatium. Verum enim uero destitutus Rupertus Cæsar ducis Austriaci & Episcopi Coloniensis præsidio, infirmior erat, quàm quod valisset res tantas conficere, & quam tērasset varia, tamē negotio infecto in Germaniam redire est coactus.

Post Urbanum. 6. factus est papa Romę Bonifacius nonus.

Et contra hunc Auinię creatus est Papa post Clementem septimum, Petrus Luna, dicitus Benedictus. 12.

Post Bonifacium. 9. factus est Romę Papa Innocentius septimus.

Post Innocentium. 7. factus est Romę Papa Gregorius. 12. Is promisit cessurum se pontificatu, si Benedictus item cedere nō recusaret. Caterum fugiente Benedicto in Hispanias, relicto Auiniō,

## DE QVARTA MONARCHIA

reuocauit promissum suum Gregorius de resignando Papatu. Proinde concilio Pisis habito, vterque & Gregorius et Benedictus pontificatu sunt depositi, & in locum eorū successus est tertius Papa Alexander quintus. Gregorius profugit Ariminū, vbi mansit vsque ad Constantiensis concilij tempora. Alexander quintus Bononię egit, nā Hungari occupata tum vrbe Roma incredibilem tyrannidem exercebant, & belligerabātur cum Gallis propter Neapolin.

Post Alexandrum quintum factus est Papa Bononię Ioannes. 23. Itaq; hic Ioannes vigesimuster-  
tius Bononię, Gregorius Arimini, Benedictus in Hispania superstites vixerunt, vsq; dum Constantij publica synodus cogeretur, sunt autē tres hi pariter in eo concilio Papatu deiecti.

De Tamerlane tyranno Tartaro.

**A** Etate Ruperti Cęsaris vixit longe crudelissimus tyrānus Tamerlanes Tartarus, qui immanni deuastatione totum ferē Orientē & Asiam peragravit cum decies centenorum millium exercitu. Persas, Armenios, Syrios depopulatus est. Item & minorem Asiam inuasit, & Turcicum Cęsarem Pariasetum cepit, eumq; perinde ac auē cauea inclusum secum spectaculi & ludibriij loco circumuexit.

Sigismundus Cęsar Germanus. xxxv.

**A** Nno millesimo quadringētesimodecimo post obitum Ruperti Cęsaris, Sigismundus imperator factus est, filius fuit Caroli quarti, Marchio Brandenburgensis, Hungarię & Bohemię rex. Imperio præfuit annos septem & viginti. Sapientia, eruditione & probitate clarissimus princeps fuit, statura talis, qualis principem tantū decebat. Effigies eius graphice admodum depicta etiam hodie adhuc reperitur apud generosum & nobilem Comitē Hoierum



terum de Mansfeld. Ingentia bella in Hungaria gefcit contra Hungaros, a quibus captus est. Contra Turcas sepius pugnavit. Cæterum Cæsar factus omnium nationum præsidio ingentem expeditionem instruxit aduersus Turcas, id quod infra dicemus.

## De Concilio Constantiensi.

**I**N initio sui imperij Sigismundus in Italiam transcendit, ac consultauit cum pontifice Ioanne de publico concilio cogendo, schismatis tollendi causa. Ipse quoque ad Gallorum regem profectus est, & cum eo egit, vt in conuocanda synodo consentiret. Proinde suffragatione papæ Ioannis, Cæsaris, ad hæc Franciæ Hispaniæ & Angliæ regum Constantiense concilium inchoatum est, anno. 1414. ad quod Ioannes pontifex ipse venit.

Imperator Sigismundus sub natalem Domini Constantiam venit, & in Missæ sacro tanquam Diaconus Euangelium cecinit: Exiit edictum a Cæsare Augusto. Postea de Ioanne Hus tractatum est, & damnato eius dogmate vna cum Hieronymo Pragensi est exustus. Inde de schismate pacando egerunt, ac tribus pontificibus Ioanne. 23. Gregorio & Benedicto Papatu depositis, suffectus est in pontificatu Otho de Columna, qui Martinus quintus dictus est.

Porro vero quum pœniteret Ioannem. 23. quod vltro consensisset in abdicatione pontificatus, clam fugam meditabatur, adiuuante eum Friderico Austriæ duce. Sed inter fugiendum retractus est per Cæsareanos Ioânes. Dux Austriæ vero proscriptus est a Cæsare, direptis aliquot pagis in eius ducatu, tandem ad hunc modum transacta controuersia est. Suisum est Friderico vt vltro resignatis in potestatem Cæsaris omnibus terris suis, supplex condonationem criminis precaretur. Proinde clementia, & hu-

## DE QVARTA MONARCHIA

manitate imperatoris in Austriacum ducatum restitutus est.

Atqui vero destitutus Ioannes Papa Lodouico Palatino Comiti seruandus est traditus. Is abduxit eum in arcem Manheim, non longe ab Heidelbergae ciuitate, ibi triennij spatium seruatus est. Inde ad Martino pontifice in gratiam receptus Cardinalis egit. Itaque pernicioso schismate, quod inter pontifices erat, sublato, concordia atque tranquillitas Ecclesiae est restituta, idque ductu & studio Sigismundi Caesaris, qui hoc nomine longe maximas laudes meruit.

Reliqua quoque in hoc conuentu gesta sunt, superuacaneum est hic memorare, extant enim de his omnibus integri libelli conscripti.

### De Comitibus prouincialibus Marchiae Brandenburgensis.

**A**Nno. 1417. prima Dominica post resurrectionem Domini, donauit Sigismundus Caesar laudatissimo principi Friderico Burggraui Norimbergensi ius electiuum imperij, & prouincialem comitatum Marchiae Brandenburgensis in Concilio, idque ob excellentes eius virtutes, & summam fidem, quam in maximis quibusque causis conficiendis erga imperium declararat. Atqui vero quae insignes principes & ante adeptam Electionis dignitatem, & postea quoque fuerint in hoc genere Burggrauiorum, id equidem longum esset hic recensere, quin & supra quoque eorum iam saepe facta est mentio. Postquam autem electores facti sunt, maximis semper et grauissimis rebus imperij tractandis intenti fuerunt, quo nomine frequens admodum ipsorum mentio iam deinceps incidet. Proinde in historiis nostrorum temporum praeter alios omnia

omnibus Albertus Marchio prædicatur, qui ob virtutes suas Germanici Achillis cognomentum est adeptus.

Illud quoque nostris temporibus obscurum non est, Ioachimum Marchionem Electorẽ Brandenburgensem, clementissimum principem meum, & fratrem eius Albertum Cardinalem & electorẽ, Archiepiscopũ Mogũtinũ, & Magdenburgensem &c. eximia quadam sapiẽtia, & omnibus heroicis virtutibus à Deo exornatos esse, & idcirco in summis & difficilibus negotiis, nõ solum quæ ad imperium, sed ad vniuersum orbem Christianum pertinent, eorum operam & consilium præ aliis multis requiri. Neque enim in imperiis fieri aliter potest, quæ quoadiu consistunt, necesse est sapientia summorum hominum administrari, id quod in diuinis literis sapiẽtia ipsa testatur. Per me reges regnant.

Celebrato concilio crebre expeditiones in Bohemiam adornatę sunt aduersus seditiosos & male feriatos homines, qui post mortẽ Ioannis Hus templa pariter & Monasteria diripiebant & populabantur. Dux eorum Zisca dictus erat. Ingens clades vtrinque commissa est, in Bohemos & Germanos, qui contra eos profecti erant, neque tamen hoc modo seditionis incẽditũ restinctum est.

Sigismũdus, id quod supra diximus, lõge maximum exercitũ ex Germanis, Burgũdionibus, Gallis, Italis, Hungaris denique collectũ aduersus Turcas parauit, & vsque ad Adrianopolim perduxit. Erant in hac expeditione summi principes, Cęsar Sigismũdus, & Philippus Burgundionũ dux. Cęterũ Gallis cõrẽdētibus primũ sibi in acie locũ deberi, perturbati ordines sunt, nõ sine incredibili iactura

## DE QVARTA MONARCHIA

Christianorum, nam victi sunt ab hostibus, & Burgundionum Dux captus est. Cæsar Sigismundus Constantinopolin profugit. Tandem multo tempore postea Burgundionū princeps liberatus est.

Narratur de Sigismundo historia admodum festiua. Ministrū familiarē habuit multis annis, in quē parum fuerat liberalis, quanquam interim munificentia & largiendo clarissimus erat princeps, id quod & Leonardus Aretinus scribit, qui viderat Sigismundum Cæsarem, & pontificis nomine multas coram eo causas egerat. Porro accidit, vt quum amnem esset ingressus, equus ipse meieret, quod vbi vidisset minister, qui prope antecessit Cæsarem, per iocum inquit: Equi eandem esse naturam, quam & dominus haberet. Atqui audiens hoc ipsum per occasionem Cæsar, mirabatur, iubebatque indicari sibi hoc dictum. Respondit minister: In amnem vrinam spargere equum, vbi iam antea aquæ abundarent, Sic & erga illos beneficium esse Cæsarem, quibus iam antea opes adfluerent satis. Anis maduerit Sigismundus perstringi se modeste, quod in ministrum iam veterandum nihil beneficij peculiaris & eximij contulisset, & subiecit: Nunquam sibi benemerendi voluntatem defuisse, sed principum dona non illorum esse proprie, qui ea merentur, sed quibus sunt destinata fato. Et id re comprobaturum se dixit, quā primum otij & quietis occaso tantisper daretur. Postea otium nactus Cæsar pyxides duas parari iussit magnitudinis & formæ eiusdem. In vnam aurum, in alteram plumbum ponit pondere eodem, & ministro aduocato præcepit, vt alteram pyxidem deligeret. Consternatus minister librando modo hanc modo alteram pyxidem tollit, nesciēs vtram debeat potissimū eligere, tandem eam aufert pyxidem quæ plumbum continet

sinebat, quod vbi conspexit ille, iam reclusa pyxis de, aiebat Cæsar: Videri palam non suam voluntatem, sed ipsius infortunium obstetisse hæctenus, quo minus beneficium sit consequutus. Testatur sanè hoc factum, prudenter considerasse Cæsarè, fœlicem successum rerum à Deo contingere.

Cæsar Sigismundus heredem masculum nō habuit, filiam vnicam in matrimonium dedit Alberto Austriaco duci, qui hac occasione Hungariæ & Bohemiæ rex factus est.

Anno. 1434. viuentē adhuc Sigismundo Consilium Basiliense cœpit. Erat enim in Constantiensī synodo statutum, vt post annos duodecim nouum concilium cogeretur. Cæterum vbi in fata concessit Sigismundus, pontifex Romanus celebrata synodo primum Ferrarię deinde Florentię, impediuit successum Basiliensis concilij, & id fecit tãto facilius, q̄ nemo monarcha, aut insignis princeps quispiam decretum de concilio Basiliensi tuebatur.

Mortuo Martino quinto, papa factus est Eugenius quartus, is Romæ coronauit Sigismundū Cæsarem.

Albertus secundus huius nominis  
Cæsar Germ. XXXVI.

**A**Nno Christi. 1438. post obitum Sigismundi Cæsar creatus est Albertus Austriaci sanguinis princeps, Hungariæ & Bohemiæ rex, vitam finit in secundo sui imperij anno.

Bohemiæ pars Poloniæ regi adhæsit, conabaturq; regnum Bohemicū ad Polonos transferre. Ingentes copias duxerunt Poloni in Bohemiam, & pertraxerunt in suam factionem seditiosum hominum genus Thaboritas. Contra hos missus est ab Alberto Cæsare, Marchio Brandeburgensis Al

## DE QVARTA MONARCHIA

bertus, is frequētibus preliis factis effecit, vt inter Cæsarem & Polonum res componeretur.

Cæsar Albertus maximis copiis instructus Hungariam ingressus est, contra Turcam Amuraten, qui tum inuaserat Hungariam per incursionem. Veniente Alberto Cæsare retro fugit, & oppugnata Sinderouien vrbe, in Graciã se conuertit, & Thessalonicam urbem vicit. In hac expeditione in morbum incidit Albertus, & reductus Vienuã non multos post dies è viuus excessit.

Fridericus tertius Cæsar Germanus

XXXVII,

**A**Nno Christi. 1440. post obitũ Alberti designatus Cæsar est Fridericus tertius huius nois, Austriæ dux, imperio præfuit annos. 53.

Iam vero filia Sigismundi, Cæsaris Alberti coniunx vterum gestabat, sed Hungarorum quidam expectatione futuri heredis regni abiecta, adsciuerunt in regnum iuniorem Poloniã regẽ Vladislauum. Erat autem in Hungaria regius gubernator Joannes Huniades Mathiæ pater, is ingenti cõflictu debilitauerat Turcarũ vires, coëgeratq; Amuraten ad pacis condiciones poscendas. Atqui vero simulatq; in regnum Vladislauus venit, sperabant Hungari, si ipsorum & Polonorum vires cõiungerentur, facile se magnam gloriam relaturos, si Turcã inuadat. Et fortasse cupiditate huius gloriæ delectatus est ætate iuuenis rex Vladislauus.

Proinde induciarum leges initas cũ Turca diuulsit atque irritas fecit Iulianus Cardinalis hoc prætextu, nefas esse concordiaẽ fœdera sancire cũ Turcis, sine consentiente pontifice, nimirum quũ causa ea ad vniuersum orbem Christianum pertineret. Itaq; collecto exercitu profectus est Vladislauus contra Amuraten Varnam vsq; quæ non lon-

ge à Constantinopoli distat, tamen si interim Ioannes Huniades modis omnibus dissuaderet de suscipiendo bello, utpote cui suorum infirmitas, & potentia Turcarum cōperta optime esset, & qui non sine summa necessitate pacem cum Amurate fecerat. Ferūt quoq; petiisse Vladislau subsidia copiarum à Valacho Dracole, sed & illum suasse ab expeditione desistendum. Interim tamen filiū suum misit cum equitibus. 2000. in subsidium regi Vladislao, ad quem dixisse fertur: Donare se ei acrem & velocissimum equū, qualem & item filio suo esset daturus, nam cogitare secum, fore ut succumberent in p̄l̄sio, ideo ad manum habendos hosce equos, ut necessitate vrgente illorū celeritate periculum possent euadere. Porro prospiciunt sibi nō minori sollicitudine q̄ prudentia Turcæ, & vndiquaq; summa oportunitate iam instructi sunt, priusquam Hungari in ordinem collocantur. Quāq; igitur pro gloria Christiani nominis fortiter pugnarent Hungari, & maximas copias hostium humi prosternerent, tamen multitudine tandem vicerunt Turcæ, cæso Vladislao iuniore rege, & postea in fuga confossus Iulianus Cardinalis periit. Huniades ut erat prudens miles, cauit sibi loco, & elapsus est. Commissum est hoc prælium anno 1444. decimo die Nouembris. Amurates post adeptā hāc victoriā Mahometicus monachus factus est, existimans post tantā fœlicitatē in profligatis hostibus defunctū se suo munere in imperio, ne porro temere credens blandiētī fortunæ gloriam suā malo aliquo contaminaret. Ceterum Huniades iterū inuasit Turcas, et ita grauius afflixit, q̄ Amuratē denuo reuocavit ad impiū, ut restiteret hosti Huniadi, etiāq; ex Turcia repelleret, postea ybi Cōstātinopolis ē amissa, mahometē cēsare

Tur

## DE QVARTA MONARCHIA

Turcicum infestissimum exercitum ducentem in Hungariam ingenti clade superauit Huniades, & vniuersam Europam à periculi metu liberauit. Etenim si ea expeditio successisset Mahometi Turcarum Cæsari, iam non Italiam solum, sed alias quoq; regiones occupasset.

Mortuo Vladislao puerum Ladislaum hæredem regni ex Sigismundi filia natum regem receperunt Hungari. Ladislaus hic græte iam adulta in Pragensi vrbe Bohemię moritur.

Anno. 1444. Delphinus cū Armeniacis in Alsatiam exercitum hostilem duxit vsque ad Basileã urbem, non sine magna, & horribili clade Germanorum. Sunt qui existimant ab Eugenio pontifice missum fuisse in Germaniam, ad conturbandū concilium Basiliense. Habuit Delphinus virorum quinq; & viginti millia. Cōtra hos miserunt Heluetij ad eripiendam urbē Basileam quatuor millia. Aggressi sunt hostes tanta virtute, vt nemo eorum cesserit, & quanq̃ ob multitudinem hostiū vincere non potuerunt, cruentam tamen & luctuosam victoriam reliquerunt hostibus. Nam amisit in eo conflictu Delphinus circiter decem millia & cū iis qui reliqui manserunt ex Germania profugere est coactus.

Anno. 1449. Albertus Marchio Brandenburgensis bella gessit cōtra imperij vrbes, Norinbergam & alias plerasq; ciuitates. Urbium bellū hoc dictum est, vtrinq; multi principes se adiunxerūt, durauitq; hoc bellum biennij spatio. Marchio Albertus octo pugnis prostrauit Norinbergenses.

Anno. 1452. Fridericus imperator Italiam ingressus est, & celebri apud omnes honore exceptus, in Senensi vrbe cum spōsa sua Leonora regis Portugalix filia nuptias perfecit. Romã veniēs à

Nico



Nicolao. 5. summo pontifice vna cum regina con-  
 iuge coronatus est, die. 18. Martij. Regressus Ro-  
 ma Ferrariae Borsum Estensi ducem creavit.  
 Inde Venetias traiecit, & ibi dies decem est com-  
 moratus. Ipse ex magni nominis viro audiui, nar-  
 ratum sibi a principe Venetoru, qui Senator olim  
 Venetiis mensē accumbentibus Friderico Cæsa-  
 re, & principe Veneto ministrarat, dixisse Fride-  
 ricum inter epulas: Se quidem Venetorum ami-  
 cum fore perpetuo, sed a posteris magnas ipsis ad-  
 flictiones & incommoda imminere.

De Constantinopoli a Turcis victa.

**A**Nno. 1453. die Maij. 29. post diutinam obsidi-  
 tionem grauiissima tandem oppugnatione pos-  
 titus est Mahometes Turcarum imperator vrbe  
 Constantinopoli, in eaq; tantam crudelitatem ex-  
 ercuit, vt nulla id queat oratione explicari. Cæsar  
 Constantinus inter fugiendum prope portam vr-  
 bis trucidatus est, eius amputatum caput cuspidi  
 infixum circumferri per vrbe voluit Turca, iussit  
 & crucifixi Christi imaginem erigi in vrbe, & su-  
 per inscribi: Is Christianorum Deus est, præcepit  
 autem id stercorebus proiectis ignominia causa  
 conspurcari. Cæsaris coniunx, & filie vna cū aliis  
 honestioribus matronis in conuiuium pertractæ  
 sunt, atq; ibi primum constuprate, postea frustula-  
 tim dissectæ sunt. Exempla hæc, & alia id genus  
 crudelissima facinora Turcarum exuscitare meri-  
 to deberēt animos nostros, vt serio ageremus cō-  
 tra eos hostes, quos non tyrannos, sed immanes  
 bestias potius possis appellare.

Anno. 1461. episcopatu deiecit Papa Dietericū  
 Hemburgensem, & in eius locum suffectus est epi-  
 scopus Adolphus de Nassau. Occasionem præbuit  
 hic euentus maximorum bellorum in imperio.

Fridericus

## DE QUARTA MONARCHIA

Fridericus Palatinus tuendum et seruandum suscepit Episcopum Dietericum, aduersus hunc concitauit Cæsar Wirtebergensem & Badensem Comes, & Moguntinensem episcopum, hi dum populantur terram Palatini, capti sunt à Friderico Palatino sub annum. 1462.

Eodem anno contra, Adolphus Episcopus urbem Moguntiam subegit.

Anno. 1463. Viennæ in arce Fridericus Cæsar à ciuibus suis grauissima obsidione pressus est, & eius rei autor fuerat Albertus frater Cæsaris, sed Georgius rex Bohemiæ liberauit Fridericum repulsis ciuibus.

Anno. 1474. Carolus Burgundionū princeps Nussiam urbem obsedit toto anno, idq; propter profligatum à Canonicis capitularibus Colonienfibus Episcopum Coloniensem Rupertum, quē rest tutum volebat dux Carolus. Ceterum dum molitur Carolus diocesin Coloniensem alienare ab imperio & ad sese trāsferre, armat contra eum exercitum Cæsar. Belli dux erat Albertus Marchio Brandeburgensis, et imperij vexillifer Albertus Saxonix dux. Tandem ubi varie de transigenda controuersia disceptatum est, cessit Carolus, & tum dicitur primū de tradenda in matrimonium Ivaximiliano Caroli filia tractatum esse.

Anno. 1477. Carolus Burgundix dux vincitur prope Nansen urbem à Lotharingicis & Heluetiis, Nam Lotharingix duci Nansen eripuerat Carolus, & in Heluetia Gransen ciuitatem, & oppidula alia occuparat, præterea & in Gransen oppido quingentos & duodecim numero Germanos laqueo miserat strangulari.

Mortuo Carolo Galli conabantur Flandriam & Brabantiam suo regno addere, & peperit bellam ingen

ingentia hec ambitio Gallorum. Ceterum nolentibus Burgundiis alienari ducatus à filia Caroli, consultatum est de despondenda filia Caroli Maximiliano Friderici cęsaris filio. Itaq; anno. 1477. profectus est Maximilianus probe instructus in Brabantiam, accepitq; Mariam Caroli filiã in matrimonium, vnde factum est, q; auxerit non mediocriter gloriam Austriaci nominis, & multas preclaras res fecerit Maximilianus, ad tuendas eas terras aduersus impetum Gallorum.

Anno. 1486. Maximilianus cęsar creatus est Aquisgrani coronatur decimo die Aprilis. Dum Cęsar Francofordię eligitur, mortuus ibi est Albertus Marchio Brandeburgensis, cui & sapientis principis, & strenuissimi militis gloriam tribuunt etiam historici Italici.

Anno. 1487. clanculario astu Gallorum capitur Maximilianus à ciuibus subditis suis Brugis Flandrię. Ceterum dum subsidio totius imperij instructus Fridericus cęsar descendit in inferiorem Germaniam, dimissus est liber rex Maximilianus à Bruggensibus.

Anno. 1490. hereditarias terras suas ducatus Austriaci occupatas ab Hungarorum rege Mathia iã mortuo repetiit, & possedit.

Anno. 1493. Imperator Fridericus tertius è viuis sublatus est in oppido Lyntz & Viennę sepultus. Eodem hoc anno Turcę incursionem fecerunt in Croatiã, sed à Maximiliano qui tũ in Austria erat, exercitu. 15. milliũ instructo repulsi sunt.

Eugenio. 4. mortuo successit papa Nicolaus. 5. ab hoc coronatus est Fridericus cęsar, & summa liberalitate fouit non solum eruditos Italię, sed & eos, q; Cõstantinopoli profugerant Romã, Gazã nimirũ, Trapezontium, Argyropylos, quorum ope

## DE QUARTA MONARCHIA

opera omnes meliores artes renouatę sunt, & red-  
ditę emendatiores.

Post Nicolaum. 5. factus est papa Callistus. 3.

Callisto. 3. inccellit papa Pius secundus antea  
Æneas Syluius dictus, erat Friderici Cęsaris Can-  
cellarius. Ingentes copias coęgit ex omnibus ter-  
ris aduersus Turcas, sed dum coeunt exercitus vn-  
dię, moritur, & re infecta, exercitus collectus di-  
mittitur.

Post Pium. 2. factus est papa Paulus. 2.

Post Paulum. 2. factus est papa Xystus. 4.

Huius temporibus anno. 1480. Mahometes Tur-  
cicus cęsar Hydruntum in Italia obsedit, & poti-  
tus est, incredibili ibi tyrannide perpetrata. Ter-  
ror tantus Italię incussus erat, vt Xystus pontifex  
fugam in Galliam adornaret, sed eodem tem-  
pore, quo capitur Hydruntum, moritur Mahome-  
tes, idę fatę quodam, ne latius Italiam peragraret  
Porro interea dum hęc geruntur, belligeratur Al-  
fonfus rex Neapolitanus cum Senensibus, sed nun-  
tio de Hydrunto allato properat redire in regnũ  
suum, atę obsesum Hydruntum eripit ex manu  
Turcarum. Nam mortuo Mahomete, et iam pro-  
perantibus domum redire Turcis, ne quod dissi-  
dium oriretur in regno ipsorũ, facile obtinuit vr-  
bem Alfonso, profligatis ex Italia Turcis.

Post Xystum. 4. factus est papa Innocētius. 8.

Post Innocentiũ factus est papa Alexander. 6.

Is filium habuit Ducem Valentinum, quem prin-  
cipem Vrbinatę fecit, illius hoc dictum erat: O cę-  
sar õ nullo. Aut cęsar aut nihil. Tandem nihil fa-  
ctus est. Nã propter varias suas technas, quę sum-  
mo cum dolo coniunctę erant, est trucidatus.

Initium artis imprimendorum librorum ty-  
pis aeneis ponunt sub Friderico tertio, & hanc ip-  
sant

nam artem excudendi libros Moguntia primam  
reperitam ferunt anno. 1490.

Ars tormentorum bellicorum multo vetustior  
est, & eam item in Germania excogitatum pu-  
tant anno. 1380.

Maximilianus cęsar Germ. xxxviiij.

**A**Nno Christi. 1494. imperium suum Maximilianus  
auspicatus est defuncto patre, quo cum  
viuente adhuc imperium simul administrarat an-  
nos. 8. Ceterum post obitum patris regnavit an-  
nos. 25. Auspicia imperij quanquam humilia & in-  
firma fuerunt, tamen cessere postea ad summam  
gloriam & incrementum regni Germanorum.

In initio imperij Maximiliani Carolus Gibbo-  
sus exercitum in Italiam perduxit, & Neapolim  
cepit. Ceterum post reditum suum in Galliam an-  
no sequenti Neapoli iterum potitus est Ferdinandus  
iunior, profligatis Gallis ex Italia auxilio Ma-  
ximiliani, quos praesidij loco reliquerat Gallorum  
rex apud Neapolitanos.

Gessit Maximilianus multa & ingentia bella,  
primum in feriori Germania, Flandria & Braban-  
tia, in quibus ipse sua manu dicitur multa praec-  
lata facinora patrauisse, quorum ego audiui pleraque,  
sed penitus explorata non habeo. Atque utinam con-  
tingeret aliquando quispiam peritus tantarum re-  
rum, qui eas omnes historias in gloriam tanti prin-  
cipis iusto volumine describeret, ac pro dignitate  
fortitudinem atque virtutes tam strenui imperato-  
ris in rebus gerendis orbi commendaret. Ipse audiui  
ex Pyrcamero Norinber. a Maximiliano ipso res  
gestas suas aliquot annorum adnotatas. Dixit enim  
Nauigasse se unam cum caesare Maximiliano a Lyn-  
da vrbe Constantiam usque. Et quum iam inter  
nauigandum ortium esset nactus Maximilianus,  
V vocasse

## DE QUARTA MONARCHIA

vocasse ad se scribam, eiq; dictasse latine vnus atq; hi res gestas, & aptissimo ordine, & oim circumstantiarum atq; occasionū explanatione. Caterum quū existimasset Pycamerus secreti aliquid forte excepturū scribam, ideoq; secedere vellet, iussisse tum Cæsarem vt maneret & auscultaret, quin & sub vesperū ea quæ dictauerat legenda præbuisse Pycamero, quæsiissetq; nunquid placeret ista militaris latinæ dictio? & addidisse quob; Studio sibi esse ista compendiose & clare sic comprehendere, vt postea eruditis viris liceret eas historias tanto exactius per circūstantias & causas suas explicare. Et adfirmavit Pycamerus, nullius Germanici historici scripta stilo tam puro esse edita, atq; ea fuisset Maximiliani oratio. Et has ipsas annotationes adfectasse se post obitum Maximiliani, verum consequi non potuisse.

Sed hæc de inferioris Germaniæ rebus gestis dixisse satis sit.

Anno. 1495. in comitiis Wormacianis ex comitatu Wirtebergensi ducatus factus est, & comes Ebrardus primus dux creatus est.

Anno. 1499. Heluetij contra vicinos suos Austriacos arma mouerunt, ad quos eripiendos subito properauit Maximilianus ex Geldria, vbi tum quoque ei res erat. Porro multis vtrinq; leuioribus præliis commissis, constat circiter. 20. millia virorum concidisse. Tandem per transactionem res est composita.

Anno. 1501. crucis imagines vestibus hoim in Germania inciderunt passim, Verum simile quiddam iam sæpe antea factum erat.

Anno. 1504. Bauaricū bellum fuit, in quo cæsar Maximilianus Bauariæ principes aduersus Philippum Palatinū comitē Rheni, & ducē Rupertum  
filium

Philippi Palatini tuebatur. Is enim Georgij ducis Bauarici filia ducta Landshut et eā ipsam Bauarię partem hæreditario titulo transcribendā sibi affectabat. Sed Rupertus vnā cū sua cōiuge ē viuis sublatus est, dum geritur hoc bellū, & Palatinus magna parte sui principatus exutus est per Cæsarianos & Wirtebergenses. Quin & ingētes copię Bohemorū, qui in auxilium venerant Palatino, prostrate sunt ā Cæsare. Tandem vero vsus Maximilianus non minori prudentiā, q̄ mansuetudine, in gratiā recepit Palatinum, ne qua perturbatione receptæ iam diu constitutionis de iure Electiuo in imperio exoriretur.

Anno. 1505. obsedit Cæsaris exercitus Geldriæ ducem in oppido Arnheim, eumq̄ vt sese dederet, subegit.

Anno. 1506. Philippus Maximiliani filius Hispaniarum rex & dux Burgundiæ, in fata cōcessit auno etatis suę vigesimo octauo.

Anno. 1507. non minus ingens q̄ diuturnū bellum cœpit Maximilianus aduersus Venetos, in quo & plurima cruenta prelia, & mirabiles mutationes acciderunt. Rex Gallorum Lodouicus primus ā Venetis stabat, postea ad Cæsarē defecit, Contra Iulius papa primus Cæsaris, deinde Venetorū partes est sequutus. Amiserūt in hoc bello Veneti prestantissimas suas vrbes Veronam, Paduam, Teruas & alias multas. Porro quum defecisset pontifex ad Venetos, & contra eum quoq̄ arma mouere cœpit rex Franciæ, quū iam vteret adhuc Cæsarianis militibus in Italia. Iā vero timebat Cæsar, si victoriā potirent Galli, ne Neapolim q̄q̄ inuaderēt, et fortasse Romę etiā machinarent aliquid in perniciē imperij. Itaq̄ misit Cardinalē Saltzburgensem Matthæū Langium cōsiliarium.

## DE QUARTA MONARCHIA

suum pacis poscendæ causa ad Iulium pōtificem, priusq̄ in ter se confli gerent pontifex & Gallus. Iulius vt qui Hispanorum & Italoꝝ præsidio in structissimus erat, existimabat victoriæ spem certissimã esse, ideoq; pacis condiciones suscipere recusauit. Prælium cōmissum est in Paschatis die anno. 1512. prope Rauennã urbem. Pontificis exercitus succubuit, & conciderunt in eo conflictu virorum sedecim millia. Neq; vero legitur vllam aliã pugna sub hæc tempora fuisse perinde grauem, in qua vtrinq; tantis viribus sit certatū. Tum vero post amissam victoriam vltro exoprauit Iulius cū Maximiliano inire concordie foedera. Catei ū ne quid tentaret amplius in Italia rex Gallorū, concitabant aduersus eum Maximilianus & pontifex Anglię regem, Germaniã & Heluetiam, atq; ita demum coactus est Gallus deserere Italiã. Postea Veneti quoq; Maximiliano reconciliati sunt.

Anno. 1519. obiit Maximilianus cæsar. Et eodẽ anno Principes Electores Albertus Cardinalis Episcopus Moguntinus, Marchio Brandeburgensis, Heruannus Coloniensis episcopus Comes de Wida, Richardus Treuerensis episcopus de Greifenklou, Legatus Lodouici Bohemorum regis, Lodouicus Palatinus Comes Rheni, Fridericus Saxonie dux, Ioachimus Marchio Brandeburgensis, Francofordie elegerunt legitimis suffragiis, & magna prudentia Carolum Austrie & Burgundie principem, & Hispanie regem die. 28. Iunii.

Post Alexandrū. 6. factus est papa Pius tertius, Is intra breue tempus e vitis excessit.

Post Pium. 3. factus est papa Iulius. 2. aduersus hunc edita scripta sunt per Bernhardinū Cardinalem in bello Veneto, de celebrando concilio. Res propemodū schismatis occasionē præbisset, nisi  
singū



ſingulari prudentia ſua id anteuortiffet Cæſar Maximilianus.

Post Iuliū. 2. factus eſt papa Leo. 10. Laurentij Medicis filius. Tēporibus Leonis anno. 1517. Martinus Lutherus primū aduerſus indulgentias pontificias ſcripſit, et inde plures poſtea diſputationes natę ſunt, quę res non vulgare viciffitudinē peperit in eccleſia apud Germanos.

Carolus. V. cęſar Germ. XXXIX.

**A**Nno. 1519. cęſar electus eſt Carolus. V. Diui Maximiliani nepos. Hiſpanię rex, princeps Auſtrię & Burgundię. Miſſus eſt ab Electoribus ad nuntiandam hanc electionē Carolo, Palatinus Comes Fridericus in Hiſpanias. Itaq; ſequenti ſtatim anno appulit in Germaniā Carolus, & imperiali corona Aquisgrani eſt exornatus.

Anno. 1525. Franciſcus Gallorum rex apud Paviā in Longobardia à Cęſareanis militibus in conflictu captus eſt, et poſtea in Hiſpanias perductus. Incredibili plane clementiā, & moderatione animi in tanto ſucceſſu victorię uſus eſt Carolus. Nam Gallię regē captū non modo dimiſſum reſtituit in regnum, ſed affinitate etiā ſibi deuinxit, tradita ei ſore Leonora in matrimonium. Duces prelii de quo modo diximus fuere, Nicolaus comes Salmenſis, Georgius Fronsbergius eques, Marcus Sittich, Dux Burbonenſis, Marchio Piſkeramus. Eodē hoc anno in Germania horribiles & antea nunq̄ auditi motus à ſeruis ruſticis in Alſatia, Sueuia, Frācia, Thuringia, et in illis terris quę ad Rhenum ſitę ſunt, excitabantur. Motus hi magna vi, & armis principū ſunt repreſſi, adeo q̄ intra meſes ferē tres ſupra centena millia ruſticorum conciderint in conflictu, non aliter atq; pecora trucidati. Porro Schaplerus quidā cognomēto

## DE QUARTA MONARCHIA

dictus, duodecim articulos conscripserat de libertate Christiana, inter eos vel hic erat potissimus: Tributa non esse pendenda magistratui. Ex hac doctrina spe libertatis acquirendæ maxima pars rusticorum accensa, dicitur arma cepisse aduersus magistratus legitimos. In Mulhausen Thuringiæ oppido concionator Ecclesiasticus erat Thomas Monetarius dictus. Is palam docuit restauraturū se collapsum Ecclesiæ statum, gloriabaturq; priuatum sibi à Deo illuminationes contingere, & ad euertendam tyrannidem impiorū, gladium Gedeonis sibi cōmissum esse. Eduxit turmatim cohortes vulgi, iussitq; nōbilium domos diripi & Monasteriorū bona cōpilarī. Ceterum dum depredāt passim plebeia copię sine ordine, deleuerunt eas Saxonię principes, & Landtgrauius Hessorum. Monetarius & sociorū eius plariq; capti sunt, & capite truncati pœnas impij sui instituti dederunt. Monetarius hic primus autor extitit phanatici illius erroris Anabaptistarū, qui etiamnum passim turbas exūscitat in Germania. In hoc versicula vtriusq; temporis, & de Francorū rege capto, & de strage rusticorū, ratio cōprehensa est:

Captus erat Gallus coeunt cum fure cohortes.

Anno. 1525. Ioannes œcolampadius Basileæ, & Vdalricus Zuinglius primū oīm scriptis libellis damnatū Berengarij errorem renouarunt, in participatione cœnæ dominicę non distribui verum corpus & sanguinē Christi. Tametsi anno superiori idem hoc odiosum argumentum insanus homo Andreas Carolostadius iam antea proposuerat.

Anno. 1526. à Solymano Turca cęsus est Hungarorum rex Lodouicus.

Anno. 1527. à duce Burbonensi Cæsarianus exercitus Romani perductus est, vrbs obsessa & ca-

pta

pta est, & direpta preterea. Pontifex obsidionis necessitate coactus in Angelica arce captum se dedit Cesarianis, sed eum pro singulari clementia sua liberum dimisit Cesar, ac pristinae dignitati restituit, vt Christiani orbis publicae tranquillitati consulere. Annorū numerus in hoc disticho est.

Altera post captos Gallos, populique furores

Aestas te capta, Roma cruenta fuit.

Anno. 1129. Carolus in Italiam profectus est, & summis honoribus a principibus & ciuitatibus omnibus exceptus est.

Eodem hoc anno mense octobri Turcicus imperator Solymānus centena millia & circiter quadraginta millia in Germaniam perduxit, id quod ipsos postea gloriatos esse in Cracouiensi vrbe coeptum est. Ac per aliquot septimanas Viennam Austriacae urbem obsedit, eamque grauius oppugnauit. Sed Palatinus comes Fridericus dux militum ab imperio designatus, magna celeritate collectū exercitum miserat Viennam, iam ante triduum quae vrbs obsideretur a Turcis. Aderat his in vrbe Vienna Palatinus comes Philippus, proinde benigno fauore Dei sic est fortissime defensa vrbs Vienna, vt tyrannus Turcarum cum summo probro, & cum maxima clade sui exercitus recedere sit coactus. Internuntius Polonorum dixisse fertur, circiter octoginta millia Turcarum in oppugnatione vrbs Viennae deleta esse, partem etiam in fuga commeatus inopia, & magnitudine frigorum periisse. Obsidionis annum ex his versiculis comprehendens:

Cesar in Italiam quo venit Carolus anno.

Cincta est Ripheis nostra Vienna Geuis.

V 4

Anna

## DE QVARTA MONARCHIA

Anno. 1530. vigesima secunda Februarij die Carolus cesar Bononiæ à Clemente pontifice imperij insignia accepit, solenni quadam magnificentia, & apparatu.

Postea in Germaniam reuersus est, & pridie corporis Christi Augustam venit, vbi comitiorum dies dictus erat. Venerant eo potissimi principes Germaniæ, à quibus summa veneratione exceptus est Carolus imperator. Quanquam vero varie tentaret Cesar controuersias in religionis causa componere, & in tranquillitatem restituere, nihil certi tamen vel effici vel constitui potuit, in tanta diuersitate sententiarum. Tandem vulgato edicto mandauit veteres ritus ceremoniarum, & doctrinam vsitatam in Ecclesia Romana retinendam esse.

Eodem anno die Octobris octauo, ingens & nulla antea memoria hominum visa exundatio facta est Romæ, eaque circa viginti quatuor horas perdurauit, atque hac ipsa exundatione in Floræ campo ad longissimam hastæ altitudinem stante, multa ædificia, muri, domus, bona denique corrumpebantur.

Leone decimo mortuo factus est papa Adrianus Germanus natione, & oriundus ex Traiecto vrbe.

Post Adrianum electus est papa Clemens. 7. is à Cesaris exercitu captus est Romæ, propter fedus initum cum Gallorum rege, cui & præsidia miserat contra Imperatorem. Sed hanc ipsam iniuriam summa lenitate dissimulauit optimus Cesar, & ne qua occasio grauioris dissidij in orbe Christiano exoriretur, liberum dimisit pontificem Clementem septimum, à quo postea coronatus est Bononiæ.

Ferdie

Ferdinandus. XL. Germanus Cæsar.

**A**NNO. 1530. Ferdināduſ Hungarię & Bohemo  
rum rex, archidux Auftria, &c. Cæſaris Caro  
li frater Romanorum rex creatus eſt, idq; veterū  
imperatorum exemplo, qui alios ſibi cooptare ſo  
lebant, vt certum ſucceſſorem haberet imperiū,  
& mortuo altero ne quod diſſidium vel belli oc  
caſſo ſuboriretur inter imperij principes Electio  
hec facta eſt Colonie Anno. 1530.

Anno. 1531. rex Ferdinandus poſt electionē fa  
ctam Aquigrani coronatus eſt in Ianuario. Eodē  
anno Cometes in Germania, Italia & Gallia vi  
ſus eſt circiter ſextum diem Auguſti, & primum  
aliquot diebus mane ante ortū ſolis apparuit, inde  
ſequutus eſt ſolem, & ſub veſperū poſt occaſum  
ſolis circiter tres ſeptimanas viſus eſt, viſq; ad terti  
um diē ſeptembris. Curſus eiſ fuit per Cancrū,  
Leonē, Virginē, & Librā, vbi deſiit videri, neq;  
apparuit amplius poſtea.

Non multo poſt in Octobri exortū apud Hel  
uetios bellum eſt. Nam à Tiguranis obſeſſa itine  
ra erant, ne vicinis eorum Tugianis, Vrianis, Sui  
cianis, Syluianis & Lucernenſibus frumēta, ſalem  
aliosq; commeatus quis poſſet apportare. Proin  
de hi arma ceperunt aduerſus Tiguranos. Con  
guruſ eſt in feſtis ſignis, & tribus preliis victi Ti  
gurani ſuccubuerūt In primo conſlictu conciona  
tor Eccleſiaſticus Tiguranorū Vdalrichus Zui  
glius cæſus eſt. Interea ſedulo conati ſunt vicini  
eorum Argentinenſes & Conſtantiani exuſcita  
tam tragœdiam inter conſœderatos componere.  
Itaq; poſt menſes octo & ſeptimanas ſex tumult  
us conſiluit. Tiguranorū perierūt circiter quinque  
millia, ab altera parte numero pauci. Annorum ra  
tio in hoc dyſticho eſt.

## DE QVARTA MONARCHIA

Occubuit patrio bellator Zuinglius ense.

Et pressa est armis gens populosa suis.

Anno. 1532. Carolus Cæsar ex Brabantia in superiorem Germaniam rediit, et in Martio vnâ cū fratre suo rege Ferdinando Ratisbonam venit comitiorum agendorum causa. Venerunt eò missi ex vrbibus imperiis legati, aderant & principum pleriq; aut saltem eorū legati, tractatum magno omnium consensu est de praesidio mittendo aduersus Turcarum irruptionem. Et vt certatim auxilia possent parari ab omnibus ordinibus imperij, vltro consensit Cæsar, vt pacis legibus cōstitutis disceptatio cōtrouersie religionis prorogaretur. In hac pace facienda egerunt ex mandato Cæsaris Episcopus Mogūtinus Albertus, Comes Palatinus Rheni Lodouicus, Electores, cum Ioanne Friderico Saxonie duce, qui a patre suo principe Saxonie Ioanne Electore missus erat, et cum legatis Philippi Landtgrauij Hessorum, et cum iis qui Electori Saxonie, & principi Hessorum obnoxij & coniurati erant. Conuentū celebrarunt primo Suinfordis, deinde Norinberge. Neque vero vel studium vel voluntatem desiderare potuisses in tribus his principibus, Cardinale Episcopo, Palatino, & Ioanne Friderico Saxonie duce, ad stabilem quandam concordiam faciendam in totius orbis Christiani commodum. Tandem vero induciarum tempus permisit imperator, vsque ad futurum conciliū, vel si hoc nō cogeretur, ad futura comitia, in quibus de controuersia religionis ageret.

Porro in eodem hoc anno mēse Iunio ipso die Ioannis Baptiste Turcarum Cæsar Solimannus in Hungariam irrupit, & iuxta Bellogradum in terram descendit copiis ducentorum millium instructus, & nihil quicquam tentans in Austriam per-

rexit vsq; in Augustū, tum vero oppidulū Guns appellatum, in ipsis sinibus Hungarię strum, supra dies viginti obsedit, & grauissimis oppugnationibus inuasit, sed frustra. Nam postquā tredecies oppugnasset, veluti fractus viribus discessit, sed hac lege, si dominus Nicolaus Iurischitz Hungarus, qui præerat oppidulo, sese prius dederet, tum enim oppidulū incolume, & ciues omnes saluos fore. Id vero vltro fecit Hungarus, vt vita et salus miserorum hominum in periculum non veniret.

Cæterum vbi Romanorum imperator Carolus. 5. Turcicę expeditionis accessum certo cognouit, grauissimo mandato ædito præcepit, vt princeps Germanię & omnes imperij ordines quanto possent exercitu Austriam peterēt, id quod factū est. Atqui vero quātas quisq; princeps copias adduxerit, id certo compertum adhuc non habeo. Illustrissimus princeps Marchio Ioachimus iunior Brandenburgensis clementissimus princeps meus, vt qui dux erat constitutus inferioris Saxonici circuli. 1100. equites & 4000. pedites Cæsari adduxit, & 10. Augusti die Berlino egressus est, Christus optimo principi, atque adeo Christianis omnibus victoriam donet, & celsitudinem eius feliciter reducat.

Ipsa die quū exercitū educeret Ioachim<sup>9</sup> Marchio, implumes gallinacei pulli, vix ante biduum ouis exclusi, totū diē & sequentē noctē clara voce cecinerunt. Et quia id præter morē fato quodā factū videt, pro omine felicioris successus est iudicatum. Descripsit id Georgius Sabinus his versibus

Cum patris educens Ioachimus Marchio turmas  
Castra, profecturis, signaq; mouit equis.

Auspice qui contra pharetratos Cæsare Turcas,  
Acria pro Christi nomine bella gerit.

Ingre

## DE QUARTA MONARCHIA

Ingrediente viam cantantes principe pulli

Insolitum liquida voce dedere sonum,

Præpete qui nondum vestiti corpora penna

Ante duos sed adhuc oua fuere dies

Hæc bona foelicem portendunt signa triumphum

Auguriis faustum talibus omen inest.

Nam cum Thebanis victi Lacedæmones armis

Sanguine fecerunt Leuctra cruenta suo

Martis aues, læto victoribus omine galli

Prospera vocali guttere signa dabant.

Imperator ipse ex Italia quoq; vocauerat in Au

striam Italorum et Hispanorū viginti millia, quo

rum dux fuit Antonius de Leua cognominatus,

prudētia & peritia rei militaris vir valde insignis.

Italici principes sua etiam præsidia miserunt, qui

bus præfectus dux erat Mantuanus princeps.

Præter hoc & in mari disposita erant ab impe  
ratore præsidia milliū quinquaginta, qui nauigio  
terras Turcicas inuaderēt, atq; ita demum vtrius  
que imperij in oriente & occidente summa pote  
stas maximis cōtra se viribus armatur. Certe iam  
inde post lapsum Romani imperij Constantino  
Magno mortuo nunquam copię maiores cōgres  
sę sunt, adeo vt ad perpetuam quandam mutatio  
nem rerum spectare euentus videatur. Deus det  
Christianis, atq; adeo clementissimo nostro Cæ  
sari victoriam. Equidem spero impietatem Turca  
rum, quę cum summa tyrannide coniuncta est, nō  
modo vltionem sui, sed & euersionem regni Tur  
cici breui esse allaturam, & id etiam fore multa vi  
dentur inditia comprobare. Ego saltē hic non con  
temnenda quedam præfagia, quę cognita sunt au  
toribus magnis, cōmemorabo obiter, & inter im  
liberum vnicuiq; permitto quid de illis velit iudic  
care. Neq; alia de causa putauit adicienda hæc esse.



nisi vt eorum saltem aliqua recordatio extaret, videntur enim sententiæ tales esse quæ negligi aut contemni prorsus non debent.

Non diu ante occupatam à Turcís Constantinopolin fuisse legi monachum quendam, non longe ab vrbe Constantinopoli, & eum vaticinatum, potituros quidem Turcas Constantinopoli, & euersuros regnum Grecorum, verum statim post annos octoginta amissuros esse Constantinopolin iterum, & delendos Turcas in Europa. Id vero tempus iam in proximo anno completum est, ex quo Constantinopolin Turcæ ceperunt.

Quin et peritissimus quidam Astrologus apud Neapolitanos Laurentius Miniatenfis Pontani præceptor ante annos. 60. in. 3. lib. suo hos versus scripsit de Iouis & Saturni coniunctione in Cancro, quam ille futurâ dicit, et fuit anno iam exacto millesimo quingentesimo quarto.

Illa autem nostris iam iam ventura sub annis  
Est melior, nostræ legis vix pauca refringet  
Aspera quæ nimium sacris & dura ferendis  
Et genus omne mali tollet, pompasq; sacrorum  
Ac regem dabit innocuum, qui terminet orbem  
Et reget imperio populos, gentemq; rebellem  
Imperio subdet, toti & dominabitur orbi.

Obseruatione dignissimi sunt hi versus, et ego ob gloriam clarissimi Cæsaris eos nolui prætere-  
tere. Etenim quæ laus esse eminētior potest in Cæsare, q̄ quæ vocat eum, regem innocuū, quemadmodum & à Lichtebergio honestissime dictum est:  
Pudicus facie regnabit vbiq;.

Magdeburgi iam ante annos. 100. Latina Chronica scripta reperiuntur, in quibus hæc verba sunt:  
Ex sanguine Caroli Cæsaris & regum Galliæ imperator orietur Carolus dictus, dominabitur is in

tota

## DE QVARTĀ MONARCHIA

tota Europa, per quem et ecclesie collapsus status reformabitur, & vetus imperij gloria restituetur. Nam veniet populus, qui dicitur populus sine capite, & tunc ve sacerdotibus, nauicula Petri vim patietur ingentem, sed conquescent tandem fluctus, et fruetur victoria. Imminent horribiles mutationes omnium regnorum, & monachorū astimatio peribit. Bestia Occidētis, & Leo Orientis dominabuntur in toto mundo, & perambulabūt Christiani in securitate annos quindecim Asiam, postea vero horribilia de Antichristo audientur.

Abbas Ioachim in fine Jeremiæ loquitur: Veniet Aquila grādis, quę vincet omnes præter vntū, qui tandem contemptus à populo relinquetur.

Item & aliud vaticinium reperio quod minime obscurum est: Excitabitur Cæsar, perinde ac homo dulci sopore correptus, è somno, hic reputabitur ab hominibus veluti mortuus, & ascēdet super mare magnum, et inuadet Turcas, ac vincet eos, vxores & liberos eorum ducet captiuos. Ingens metus, & terror magnus obruent Turcas, mulieres & pueri eorum lamentabuntur, & querelas effundēt, omnis terra Turearum tradetur in manus Romani Cæsaris. Audiui ex Lusitano quodam, Astrologum quendam dixisse Ferdinando Cæsaris nostri proauo, ab Hispaniarum rege Turcicum imperium domandum ac euertendum esse, et hunc ipsū regem interpretatū esse de Ferdinando, sed respōdisse Ferdinandū: Se id nō esse facturum, sed heredes suos posteros. Alia quę præterea restāt indicia, ea nunc præmitto. Deus misericordiarū pater largiatur Christiano orbi gratiam & victoriam propter gloriam diuini nominis sui Amen.

Porro

Porro quæ iam accident, ea obseruabunt haud dubie homines magni & prudentes, qui iam vnâ in expeditione sunt. Ea vero qui de apparatu expeditionis comperta mihi fuere, recensui, ideoque nunc scripti finem facio.

In mense septembri huius anni iterum Cometes visus est, per aliquot septimanas, duabus horis mane ante exortum solis, & ad orientalem plagâ. Quum ego viderem, in Virgine, ni fallor, erat, & radiantem caudam protèderat inter meridiem, & occidentem. Iam vero ob tristiores & nubilum aspectû aëris per dies aliquot in hisce regionibus videri non potuit. Cæterû quis non iudicabit formidabile esse, ferè intra vnus anni spatium duos Cometas apparuisse, & quum illuxerit superioris anni nimirum. 1531. Cometes nō sine clade Orientis & Septentrionis, nam illis partibus minari videtur. Etenim in Hungariam & Austriam Turcarum tyrannus irrupit. Rex Christiernus magna classe in Daniâ profectus ad repetendum regna sua, dedit se in manus patru sui Friderici regis Danorum, item & Christierni regis filius qui in Cæsaris aula aiebatur, obiit, profecto metuendum est et huius anni. 1532. Cometem Italicæ, & Rhenanis partibus magnum malum portendere.

FINIS.

## DE QUARTA MONARCHIA

**C**hronicorum libellus maximas qualq; res ge-  
 stas apto ordine complecti debet, ita vt anno-  
 rum ratio, & præcipue vicissitudines, quæ in re-  
 gna, in religionē, & in res alias magnas cadere so-  
 lent, quæat recte obseruari atq; cognosci. Etenim  
 fieri non potest, vt vel vnius regni res gestæ vno  
 libello quantumuis magno fatis describatur, pro-  
 pter varietatem circumstantiarum, & occasiones  
 negotiorum, quæ inprimis sunt considerandæ. Ita  
 enim historias scripserunt Herodotus, Thuecydi-  
 des, Xenophon, Lilius. Reliqui Chronici tantū  
 dicendi sunt, & qui historicorum nomen sibi vsur-  
 pare nō debent, ostendunt enim res gestas breui-  
 ter, et temporis ordine præposito monere tantum  
 videntur cordatum lectorem, vt memorabiliora  
 quædam obseruet. Id quod in his Chronicis nos  
 quoq; fecimus, congestimus ea solū veluti in com-  
 pendium, quæ potissima sunt visa, & eorum occa-  
 siones nonnunquam indicauimus, vt tanto accuratius  
 simile quiddam in similibus euentibus discas-  
 mus obseruare & prospicere nobis. Cæterū quan-  
 tas præterea utilitates alias conferant hæc Chroni-  
 ca, id supra in præfatione exposuimus.

Equidem iam sub finē huius scripti iterū me-  
 minisse volo lectorem sententiæ Elię, quam in ini-  
 tio huius libelli posuimus, vt eo facilius et tempo-  
 ris ordinem, & facta historiarum consideret, atq;  
 obseruet. Item vt hoc quoq; cogitet, consumma-  
 tionem rerum humanarum non longe abesse, iux-  
 ta dictum Elię, mundi aetate annorum, 6000. spa-  
 tio comprehendendi, & illud ipsum spatium non exple-  
 ri, nam id anticipaturum esse deum propter corru-  
 ptos mores mudi. Jam vero quum supra, 5000. an-  
 norum mudi etiam, 500. elapsi sint, id quod ex sub-  
 iecta tabula clare colligere licebit, dubium nō est,  
 quit

quin ad metā decurrerit ferè atas mundi, vt Christus Dominus noster exuscitet mortuos aduentu suo, et iudicet vniuersum mundū, atq; adeo etiam diabolis et impiis omnibus damnatis in ignē æternum, eripiat vere pios ex omni mœrore & in perpetuam dei cognitionem atq; beatitudinem reponat. Præter hæc quoque mirabiles illę mutationes omnium ferè regnorum testantur, mundi finem prope esse. Sensimus enim intra annos paucos, nostra memoria regni pontificij, Gallię, Hungarię, Danię celsitudinē corruisse, & similes quidā euentus in alijs quoq; regnis sunt expectandi propediem. Daniel testatur statim post diminutas Turcarum vires, imminere terminum omnium rerum mundi. Atqui lapsus imperij Turcarū videbitur haud dubie (si modo volet Deus) iam intra annos paucos, et post sublatum ē viuis humanissimū Carolum Casarem nostrum fieri non potest, quin et Germanicum imperium miserabiliter diuellatur à Germanis ipsis. Vereor enim ne de monarchia inter duos tum grauissima concertatio sit futura. Deus pro immensa sua misericordia mitiget tam horribiles motus, & principū animos ad pacis & concordie studia conuertat.

Dissipata trāquillitas in Ecclesia signi loco esse potest, & periculum est, ne & illa quoq; bellis & incuria pontificum crescat, & latius propagetur.

Cæterum quando Christus ipse in Evangelio nos admonet periculorum, quę nouissimis tēporibus instabunt, non in iis solum quę ad corpus, sed quę ad spiritum pertinent, imò et cœlū ipsum horrendis obtenebrationibus, & cōiunctionibus terret & cōminatur, vt interim de illis signis nō dicā, quę prodita sunt in literis sacris de extremis tēporibus, vt tandem prospicere nobis discamus, & in

## DE QVARTA MÓNARCHIA

tanta calamitate omnium rerum à solo deo præsidium ac consolationem petere & expectare non dubitemus. Quare monere hoc loco volui lectorem, vt in animum reuocaret tempora illa periculis & calamitatibus plena in foribus esse, & pericula illa nõ esse otioso aïo contemnenda. Etenim nõ leuis res est, sed quam suo incommodo omnium ordinum homines experiuntur, mutari & conuelli imperia, ac dissipari concordiam religionis. Mundi fabrica ingētis & vetustissimi ædificij imaginem videtur præferre, quod subinde magis ac magis ruinam comminatur, collabente nunc hoc muro nunc alio pariete decidente. Ad eundē modum mundus ad casum præceps videtur hoc tempore, & grauiorem sensim ruinā trahit secum, alijs atq; alijs regnis succumbentibus. Neque vero putabit quisquam collapsurā tantę structurę molem sine grauissima commotione. Deus illuminet animos nostros, vt ferijs comminationibus Euangelij percussis in solo Christo consolationum et refrigerij præsidia queramus, & vt maximi principes in timore dei non minori prudētia, q̄ mansuetudinē vtantur, ad mitigandas occasiones malorū omnium. Sunt enim ad hoc constituti à deo, vt miserum & imbecille humanum genus sua cura & prudentia gubernent & tueantur. Et si in timore dei fecerint suum officium aderit quoq; illis deus, & fortunabit ea, quę agunt. Amen.

## TABVLA ANNORVM MVN

di ex Bibliis, & Philone.

1656 vsq; ad diluuium.

292 ad natum Abraamum.

425 ad natum Moſen.

ad egreſſum

- 80 ad egressionem ex Ægypto.  
 480 ad templum Salomonis.  
 138 vsq; ad Ioas regem.  
 191 ad translatum Ieconiam in Babylonem  
 11 ad deuastationem Ierusalem per Nabuc.  
 70 Captiuitas Babylonica.  
 191 Persarum Monarchia post exactā capti-  
 uitatem Babyloniam.  
 7 Alexander post obitum Darij.  
 146 Græcorum regnum vsq; ad Iudam Ma-  
 chabæum.  
 137 Machabgorum regnū vsq; ad tempora  
 Herodis primi apud Iosephum.  
 30 Herodes, nam tricesimo Herodis anno  
 Christus natus est.  
 1332 Post natū Christum seruatorē nostrum  
 Deum.

Anno mūdi ter millesimo nongentesimo qua-  
 dragesimo quarto Christus est natus.

Anno hoc præsentī millesimo quingentesimo  
 trigesimosecundo expleti sunt à condito mundo  
 5476. anni.

Roma vrbs teste Eutropio steterat antè natū  
 Christum septingentos quinquagintatres annos,  
 & vt reuocetur ad calculum annorum ratio, aliter  
 ferè supputari non potest ex veris historiis.

Anno hoc præsentī millesimo quingentesimo  
 trigesimosecundo exacti sunt à condita vrbe Ro-  
 ma. 2185. anni. Tam vetusta Babylon nō erat ante  
 Alexandrum. Nam ab Abraam vsque ad tempo-  
 ra Alexandri anni sunt mille sexcenti octoginta  
 sex. Iam vero quum Roma vetustior sit Babylo-  
 ne post duas Monarchias, non dubium est & eius  
 finem prope adesse.

X. Necq;

## DE QUARTA MONARCHIA

Neq̄ vero multum discrepat numerus annorum, qui in Bibliis est, ab ordine Monarchiarum apud præcipuos scriptores historiarum Græcarū. Herodotus scribit Assyrios tenuisse Monarchiā quingentos viginti annos, & interea vsq; ad Medorum tēpora nullam firmam Monarchiā fuisse. Tribuit autem Medis vsq; ad Cyri imperium annos centū triginta. Id vero vt minime falsum videri potest, ita vehementer probo, nam si quis recte expendat, is facile intelliget à Bibliis sacris nō dissentire. Quōd Assyriorum monarchiā stetit dicit annos quingentos viginti, id haud dubie referri vult ad illud tēpus, quo regnū Babylonicū & Niniue vrbis nondū diuulsū erat, atq; adeo quū apud Babylonem Assyriū tantū imperabant.

Agathias libro secundo de bello Gotthorum scribit Ctesiam & annorum numerum, & ordinē Monarchiarum ita posuisse. Erat autē Ctesias Græcus, qui, quum Artaxerxes Mnemon & Cyrus iunior inter se belligerarentur, in expeditione vnā fuit, ac medicū egit, Captus in bello deductus est tandem in Babylonem, vbi nō sordide tractatus est, ac tum perlectis historiis rerum Babylonicarum ab initio eius regni annorum numerum in ordinem digessit ad hunc modum.

A Nino vsq; ad initium regni Medorum quæ primum ab Assyriis defecerāt, sunt anni mille trecenti sexaginta, & hunc ordinē sequuntur omnes qui scripserunt postea, Diodorus Siculus & Iustinus. Diodorus Siculus libro tertio sic scripsit: Similiter & cæteri reges ad Sardanapalum vsq; triginta regnum tenuere, cuius tempore Assyriorū imperium, quod annos mille trecentos sexaginta durauerat, quemadmodum Ctesias libro secundo tradit, ad Medos trāsit, Iustinus sic ait: Imperium Assyriū,



Syr̄i, qui postea Syri dicti sunt, annos mille trecentos tenuere, Herodotus prætermittit aliquid interea dum collapsum Assyriorum regnū ad Medos peruenit. Quin & hoc puto, hos annos Ctesia ab initio Babylonis hoc est à Nemroth, non à Nini temporibus esse intelligendos.

Medi post defectiōnē ab Assyriis regnauerunt vsq; ad Cyrum circiter trecentos annos, quemadmodum Agathias ex Ctesia colligit.

Persarum regnum vsq; ad Alexandrum durauit annos. 228. teste Agathia & Græcis scriptoribus plarisque.

Alexander & eius posterii Babylonem tenuerunt ad id vsq; tempus, quo Parthorum potentia crescere cœpit, & ponit Agathias. 300. minus. 7. atque id est ab Alexandro vsq; ad Augusti tēpora.

Postea in Oriente regnarunt Parthi annos centum vsq; ad Cæsaris Alexandri Seueri tempora, ac tum Artaxerxes Persarum vltimū regem Parthorum Artabanum transfodit, atq; ita Orientale regnum ad Persas rediit, qui deinde potentia claruerunt ad Mahometis vsq; tempora. Nam posterii Mahometis inuaserūt Persas, & totius Arabiæ imperium occuparunt. Cæterum Turcæ Syriam tenent, qui & postea Asiam minorem subegerunt.

Atq; ita demum variis mutationibus agitata Orientis regna, subinde ab aliis populis ad alios sunt translata. Operæpretium in primis est hæc omnia reputare, vt omnium temporum & historiarum ordine cognoscatur.

Huc vsque Carion.

# APPENDIX



Nno Christi. 1533. Henricus octauus Anglię rex, repudiata priore vxore, alteram ducit, die Pentecostes.

Ingens cometa mense Julio & August. rursus apparuit ad septentrionem, cauda protēsa in Austrum, quadraginta circiter diebus.

Concilium generale (vt ferunt) a Cæsare, summo pontifice, Gallorum rege apparatus, ad publicam Christianę religionis salutem, oremus deum optimum maximū vnanimiter omnes, vt res suscepta foelicem sortiatur exitum.

Clemens. VII. summus pont. ac Frācisus Gallorum rex apud Niciam Insubriū urbem hac de re (vt ferunt) consultant.

Hollandi nauali profectioe armataque classe germanicum oceanum ingressi sunt, vt violenta manu Lubecensium violentiam cohibeant, qui mercatoribus nautisq; Hollandicis mare intercludunt, Christiernum regem suum in vinculis continent, & Cæsario mandato magna pertinacia resistunt, non sine magna vtriusq; partis iactura.

Quinto Octobris Deiparę virginis Marię Antuerpiensis tēplum toto terrarum orbe celeberrimum miserando, proh dolor, conflagrauit incendio.

**A** Nno Christi. 1534. Paulus. III. natione Romanus, antea dictus Alexander, cognomēto Fanestus, mortuo Clemente septimo pontificatū maximum inuit, mense Octobri, hic Breuiarium Romanum nouum instituit.

Anas

DE QVARTA MONARCHIA 184

Anabaptistę genus hominum execrabile, per occultam factionem (quę hæreticorum consuetudo) excitato tumultu, mense Ianua. occupant Monasterium ciuitatem munitissimam, Vestphalię caput, cunctis eiectis ciuibus, ac direptis eorū bonis, tempisq; & sacellis dirutis, sacrisque omnibus profanatis, Episcopus Monasteriensis plerisque ad hereticis sibi principibus eam ciuitatem obsidet atq; oppugnat, illis pertinacissime obtinentibus.

Magna classis Anabaptistarum ex Phrysia & Hollandia et aliis circumiacentibus regionibus, ex numerosa hominum virorum mulierum ac puerorum multitudine coacta, ciuitatem Monasterium clanculum per flumē accedere conata, ab Hollandię præfecto intercipitur, ex iis plurimi fœdissime opinioni pertinaciter herentes, igne, gladio, aquis perimuntur, ab opinione autem resilientes seruantur.

Anabaptistę constituunt sibi Regem, Ioānem factorem quandam ex Leyda Hollandię oppido oriundum, eum vocant Regem cum Israelis, tum Sionis, ciuitatem vero Monasterium, nouam Hierusalem, is vndiq; phanaticos suos mittit prophetas, qui insperato popello damnatissimam clanculum obtrudant hæresim.

Dux Mediolani ducit in vxorem filiam Christiæ regis Dacię, captiui, ex Isabella D. Caroli V. imp. sorore prognatam, in aula Cæsarea Bruxelę educatam.

Hulderichum ducem Wirtembergensem apud Gallos exulantem, Philippus Hessorū princeps, ingenti coacta militum Germanorū manu, in patriam reducit.

Angli coniuente rege, Lutheranum dogma (contempto pontifice Romano) suscipiunt.

## DE QVARTA MONARCHIA

**A**Nno. 1535. Salimanus Turcarū imperator in numerabili exercitu Persas adortus ab Hismaele Sophi Persarum rege, magna apud Tauridem clade afficitur.

Anabaptiste ipso die. S. Ioannis Baptiste (pro uida nimirum Dei vltione) capta ciuitate quot quot in ea reperti sunt, ad vnum interficiuntur, mulieribus ac pueris eiectis. Rex aliquot menses carceri mancipatus iussu Episcopi vna cum Bernardo Cnipperdollingio crudeliter occisus, meritas impietatis sue pœnas luit. Execrabilis eius sectæ monstrum Cornelius Grapheus Senat. Ant. à Secretis, heroici carminis penicillo suis coloribus graphice depinxit.

Ingens Anabaptistarū numerus noua rursus conspiratione facta, peramplum atque aquarum ambitu bene munitum cœnobium quoddam in Phrysa occupant, Præfectus Phrysiæ oportune occurrens omneis acerrime repugnantes trucidat, ne virginibus quidem, nempe obstinatissimis parcens.

Amstelredamum, ciuitas maritima, Hollandiæ emporium, post captum Monasterium, & liberatam ab impiis Phrysiâ, nocturnis insidiis ab Anabaptistis inuaditur, occupato per vim senatu, vigilibus atque aliquot ex magistratibus occisis, tandem vero superati vna cum eorum pseudoepiscopo, vt seditiosissimi latrones variis (vt meruere) affecti tormentis, publice interficiuntur.

Anno

DE QVARTA MONARCHIA 165

**A** Nno. 1536. Carolus. V. Impera. Cæs. aug. opt. max. vix numerabili exercitu, ingenti classe ex Hispaniis Barchinone soluens, in Africam transiit, Goletam castellum munitissimum, prius (vt ferunt) inexpugnabile, in sinu Carthagineñ. situm Deo certe fautore, parua manu capit. Inde Tunicium vrbē, totius Africę facile caput, ac regni sedē turpiter fugiente Barbarossa eius regni tyrāno, in cruēta victoria occupat, liberatisq; ad multa vsq; milia captiuis Christianis, rebusq; omnibus rite compositis, vero ibidem rege sub certis pactis & conditionibus relicto, Goleta sibi in posterum hereditario iure seruata, in Italiam victor contendit, primūq; prospero cursu in Siciliam delatus, tandem Neapolim incolumis peruenit, Nouit Deus illius indubitatissimus fautor, quem tantus successus sit habiturus euentum, faciat autem is in cuius manu est vt ad Reip. Christianę salutem, ac diuinę eius glorię incrementū oīa prosperrime cedant.

Barbarossa a discessu Cæs. post incursiones hostileis cū in Tunicium, tum in Balearicas insulas factas, Constantinopolim inglorius fugit.

Heluetij occupata Gebenna, Sabaudia partē inuadunt.

Erardus a Marķa Episcopus Leodiēsis & Cardinalis Titu. S. Chrysogoni, patriam Leodiēñ. pacifice rexit, Leodiumq; inter cętera beneficia, elegantissimo palatio decorauit.

Iodocus Clichtoueus, Ioannes Eckius, Ioannes Cocleus, Fridericus Naufea, Ioānes Faber, & innumeri alij catholici scriptores florent.

Ioannes Driedonis de Turnhout theologus Louaniensis, multos cōposuit libros catholicos.

Thomas Morus Britannus, Henrici. viij. Anglię regis Cancellarius, homo vtriusq; linguę do-

## DE QVARTA MONARCHIA

Erissimus, ac R. D. Episcopus Roffensis Theolo-  
gus concionator egregius, post longam carceris  
molestiam, ob noui matrimonij contradictionem  
vnâ cum aliquot primariis innocentibus mona-  
chis, capite truncatur.

Dux Mediolani, relicta iuvene nuper ducta vx-  
ore, moritur, eius principatus potiundi spe Galli  
tumultuantur, atq; in Italiam arma parant.

Fridericus comes Palatinus, Dorotheam filiã  
regis Christierni, ex Isabella Caroli. V. Cæsaris so-  
rore progenitam, in aula Bruxellensi alitam ad-  
modum iuuentulam, Cæsare assentiente ducit  
vxorem.

Regina Anglię ab Henrico octauo repudiata,  
vel morbo, vel contumeliã acceptę displicentia  
(non sine mala tamen vulgi suspitione) moritur.  
Exequiã in aula Bruxellensi honorifice celebratę.

**A**Nno Christi. 1537. Henricus octauus Britan-  
niã rex, eatenus sibi charissimam publice iu-  
bet occidi vxorem gladio, eius rei suspicio adhuc  
incerta est.

Varius in Britannia aduersus regem excitantur  
tumultus.

Nobiles aliquot, atq; etiam Episcopi eius tu-  
multus causa ab rege perimuntur.

Gallus magna manu sub ver Arthesiũ ac Flan-  
dros perit.

Hesdinum ad Cæsaris ditionem pertinens, mul-  
tum oppugnatum, Gallis cedit.

Sanpaulus, vrbs & Galli & Cæsaris beneficiis  
libera, neutriq; adherens parti, a Gallis astu inua-  
ditur, diripitur, possidetur, fortius munitur.

Comes Sanpauli, ob rei (vt putant) indignita-  
tem moritur.

DE QVARTA MONARCHIA 166

Cæsariani Sanpaulum deinde oppugnant, mira celeritate expugnant, vi capiunt, diripiunt, ciuibus militibusq; vsq; ad tria & amplius millia interfectis, immixtis flammis exurunt ac funditus euertunt.

Monstreul ditionis Gallicæ ciuitas ampla & opulenta à Cæsarianis item diripitur, atque eiectis ciuibus omnibus incenditur ac solo æquatur.

Cæsariani plerisque Gallix oppidis deditione acceptis, innumero exercitu Morinos petunt, magnaq; obsidione premunt, curatis autem decumensibus inducis obsidionem soluunt.

Turca Gallo aduersus Cæsarem subuenturus, ingenti exercitu in Italiam traicere parat.

Vniuersa Frisia Carolo. V. Cæsari, duce Georgio Schenck subiecta parer.

Inter Cæsarem & Danos Noruegiosq; & alias orientalis Germaniæ gentes, quadriennales induciæ factæ.

Duo Anabaptistarum episcopi cum aliis nonnullis eius sectæ hominibus Antuerpiæ exusti.

Insueta, in tempestiua, ingens aquarum inundatio in superiori Germania.

FINIS CHRONICES.

# CATALOGVS OM

NIVM REGVM ET IMPE

ratorum Romanorum, vsq; ad  
Carolus Quintum.

Anni ante  
Christum

Numerus  
Imp.

Anni

Menses

Dies

## REGES

quib. impe.

571	1	Romulus	37		
714	2	Numa Pompilius	41		
673	3	Tullus Hostilius	32		
641	4	Ancus Martius	23		
618	5	Tarquinius priscus	35		
583	6	Seruius Tullius	34		
549	7	Tarquinius superb.	35		

## IMPERATORES

46	1	C. Julius Cæsar	4	7	
41	2	Octavianus august.	56	6	

## ¶ Anni post natum Christum.

15	3	Tiberius cæsar	23		
38	4	Caius caligula	3	10	8
42	5	Claudius	13	8	20
56	6	Sextus Nero	14	7	8
71	7	Galba		7	
71	8	Otho		3	
71	9	Vitellius		7	
72	10	Vespasianus	10		
81	11	Titus	2	2	20
82	12	Domitianus	15	5	
99	13	Nerva	1	4	

Tra



CATALO. IMP.

Annus Christi	Numerus Imp.	Imperator	Annus	Menfes	Dies
100	14	Traianus	19	6	
119	15	Hadrianus	21		
140	16	Antonius pius	23	3	
163	17	M. Antonius	19	1	
182	18	Commodus	13		
195	19	Helius pertinax		6	
195	20	Seuerus	18		
213	21	Bassianus card.	6		
219	22	Macrinus	1		
220	23	M. Aurel. Ant.	4		
214	24	Alexander	13		
237	25	Maximinus	3		
240	26	Gordianus	6		
246	27	Philippus	7		
253	28	Decius	1	3	
254	29	Gallus Hostilius	2		
256	30	Valerianus	15		
270	31	Claudius	1	9	
273	32	Aurelianus	5	6	
278	33	Tacitus		6	
278	34	Probus	6	4	
284	35	Carus	2		
286	36	Dioclesianus	20		
307	37	Galerius	2		
309	38	Constantinus	30	10	
339	39	Constantinus, II.	24	5	12
363	40	Iulianus	2	8	
365	41	Iouinianus	8		
366	42	Valentinianus	12	5	
378	43	Valens	4		
382	44	Gratianus	6		

Theo

CATALO. IMP.

Annus Christi	Numerus Imp.	Imp.	Annus	Menses	Dies
388	45	Theodosius	11		
407	46	Arcadius	3		
411	47	Honorius	5		
427	48	Theodosius.II.	26		
453	49	Martianus	7		
474	50	Zeno	17		
490	51	Anastasius	36		
519	52	Iustinus	8		
525	53	Iustinianus	38		
564	54	Iustinus.II.	11		
577	55	Tiberius.II.	7		
583	56	Mauritius	20		
603	57	Phoca	8		
611	58	Heraclius	27		
638	59	Heraclion	2		
640	60	Constantinus.III.	27		
669	61	Merentius		6	
670	62	Constantinus.III.	17		
686	63	Iustinianus.II.	10		
696	64	Leontius	3		
699	65	Tiberius.III.		7	
712	66	Philippus	1	6	
713	67	Anastasius		3	
717	68	Theodosius.III.	1		
718	69	Leo	24		
742	70	Constantinus.V.	35		
776	71	Leo.II.	5		
781	72	Constantinus.VI.	10		
792	73	Nicephorus	9		
801	74	Carolus	14		
815	75	Lodouicus	25		

CATALO. IMP.

Annus Christi	Imp. Numerus		Annus	Menses	Dies
841	76	Lotharius	15		
855	77	Lodouicus. II.	11		
876	78	Carolus. II.	6		
882	79	Carolus. III.	12	9	
894	80	Arnulphus	12		
906	81	Lodouicus III.	6		
913	82	Berengarius	4		
917	83	Berengarius. II.	4		
921	84	Vugo	10		
933	85	Lotharius. II.	2		
935	86	Berengarius. III.	11		
962	87	Ottho. II.	12		
975	88	Ottho. III.	17		
987	89	Ottho. IIII.	18		
1004	90	Henricus	19		
1024	91	Conradus	15		
1039	92	Henricus. II.	17		
1057	93	Henricus. III.	48		
1100	94	Henricus. IIII.	20		
1128	95	Lotharius	11		
1139	96	Conradus. II	15		
1153	97	Fridericus	37		
1190	98	Henricus. V.	10		
1209	99	Ottho. V.	3		
1212	100	Fridericus. II.	33		
1278	101	Rodolphus	19		
1292	102	Adulphus	6		
1298	103	Albertus	10		
1309	104	Henricus. VI.	5	8	
1315	105	Lodouicus. IIII.	32		
1347	106	Carolus. IIII.	32		

Encesla

CATALO. IMP.

Annus Christi	Imp. Numerus	Imp. Nomen	Annus	Menses	Dies
1379	107	Enceslaus	19		
1401	108	Robertus	19		
1411	109	Sigismundus	27		
1483	110	Albertus. II.	2		
1440	111	Fridericus. III.	33		
1493	112	Maximilianus	33		
1519	113	Carolus. V.			

CATALOGVS OMNIUM PONTIFICVM ROMANORVM, vsq; ad Paulum Tertium.

*6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.*

quibus federint.

Annus a nativitate Christi	Pontificatus Numerus	Pontificis Nomen	Annus	Menses	Dies
33	1	Petrus Apostolus	25	7	
70	2	Linus	11	3	18
81	3	Cletus	11	1	11
92	4	Clemens	9	2	10
101	5	Anacletus	9	2	10
110	6	Euaristus	9	10	2
119	7	Alexander	10	7	2
129	8	Sixtus	10	3	21
139	9	Telesphorus	11	3	22
143	10	Iginus	4	3	4
147	11	Pius	12		

Annis

CATALO. PONT.

Annus Christi	Numerus Pontificū	Annus	Menses	Dies
159	12	Anicetus	9	4
168	13	Soter	9	3
177	14	Eleutherius	21	6
198	15	Victor	10	3
208	16	Zepherinus	9	7
217	17	Calixtus	5	2
222	18	Urbanus	8	2
230	19	Pontianus	9	5
239	20	Antherus	3	1
242	21	Fabianus	13	11
255	22	Cornelius	3	10
258	23	Lucius	3	2
261	24	Stephanus	3	3
264	25	Sixtus. II.	2	9
266	26	Dionysius	6	2
272	27	Felix	4	3
276	28	Euticianus	8	10
284	29	Caius	11	4
295	30	Marcellinus	9	4
304	31	Marcellus	5	6
309	32	Eusebius med.	2	6
311	33	Melchiades	4	7
315	34	Siluester	21	20
336	35	Marcus	2	8
338	36	Iulius	16	4
354	37	Liberius	16	7
370	38	Felix. III.	11	4
371	39	Damasus	18	2
389	40	Siricius	15	11
404	41	Anastafius	3	10
408	42	Innocentius	15	2

Y Zozi

CATALO. PONT.

Annus Christi	Numerus Pontificu.	Pontifex	Annus	Menfes	Dies
424	43	Zozimus	8	8	25
425	44	Bonifacius	3	4	7
428	45	Celestinus	8		
436	46	Sixtus.III.	8		9
444	47	Leo	21	21	13
465	48	Hilarius	6	3	10
471	49	Simplicius	15	1	7
486	50	Felix.III.	8	11	19
494	51	Gelasus	4	8	17
498	52	Anastasius.II.	1	10	24
499	53	Symachus	15	6	22
514	54	Hormifda	9		18
523	55	Ioannes	2	8	
525	56	Felix.III.	4	2	13
529	57	Bonifacius.II.	2	6	26
531	58	Ioannes.II.	2	4	
533	59	Agapitus	1	8	
534	60	Siluerius	1	5	12
535	61	Vigilius	17	6	26
552	62	Pelagius	11		19
563	63	Ioannes.III.	13		
576	64	Benedictus	4	1	28
580	65	Pelagius.II.	10	2	10
590	66	Gregorius	13	6	10
603	67	Sabinianus	1	5	9
605	68	Bonifacius.III.		8	28
606	69	Bonifacius.III.	6	8	12
613	70	Deusdedit	4		
617	71	Bonifacius.V.	5		10
622	72	Honorius	12	11	17
634	73	Seuerinus	1		

Ioan

CATALO. PONT.

Annus Christi	Numerus Pont.	Pontifex	Annus	Menfes	Dies
635	74	Ioannes, III.	1	9	18
636	75	Theodorus	6	3	8
643	76	Martinus	6	1	26
650	77	Eugenius	3		
653	78	Vitellianus	14	6	
667	79	Adeodatus	4	7	5
672	80	Donus	1	2	5
673	81	Agathon	2	6	15
676	82	Leo, II.		10	17
677	83	Benedictus, II.		10	12
679	84	Ioannes, V.	1		10
680	85	Conou		11	3
681	86	Sergius	14	8	14
695	87	Ioannes, VI.	3	3	
698	88	Ioan. VII. Fran.	2	7	18
701	89	Sifsimus			20
701	90	Constantinus	7		15
708	91	Gregorius, II.	2	9	15
729	92	Gregorius, III.	10	8	24
740	93	Zacharias	10	2	15
750	94	Stephanus, II.	5	1	1
760	95	Paulus	10	10	
770	96	Constantinus, II.	1	1	
771	97	Stephanus, III.	3	5	28
774	98	Hadrianus	23	10	18
798	99	Leo, III.	20	5	9
819	100	Stephanus, IIII.	3	7	
822	101	Paschalis	7	3	17
829	102	Eugenius, II.	4		
833	103	Valentinus			40
833	104	Gregorius, IIII.	16		
			Y	2	Set

CATALO. PONT.

Annus Christi	Numerus Pont.	Papa	Annus Pontificatus	Menfes	Dies
849	105	Sergius. II.	2	3	
851	106	Leo. III.	8	3	6
860	107	Benedictus. III.	2	5	9
862	108	Nicolaus	9	2	20
871	109	Hadrianus. II.	5	9	11
877	110	Ioannes. VIII.	10		2
887	111	Martinus. II.	1	5	
888	112	Hadrianus. III.	1	3	
890	113	Stephanus. V.	6	18	9
896	114	Formosus	5	6	
901	115	Bonifacius. VI.	1	13	15
901	116	Stephanus. VI.	1	33	
902	117	Romanus		3	21
902	118	Theodorus. II.		18	20
902	119	Ioannes. IX.	2	88	
904	120	Benedictus. IIII.	3	4	
907	121	Leo. V.			40
907	122	Christophorus		7	
907	123	Sergius. III.	7	3	15
914	124	Anastasius. III.	2	2	
916	125	Lando		16	
917	126	Ioannes. X.	13	2	13
930	127	Leo. VI.		6	15
930	128	Stephanus. VII.	2	1	12
933	129	Ioannes. XI.	4	10	15
937	130	Leo. VII.	3	6	10
941	131	Stephanus. VIII.	3	4	15
944	132	Martinus. III.	3	6	14
948	133	Agapitus. II.	9	7	10
958	134	Ioannes. XII.	4	10	5
962	135	Benedictus. V.		2	5
					Leo



CATALO. PONT.

Dies	Annus Christi	Numerus Pontificū.	Pontifex	Annus	Menses	Dies
	962	136	Leo. VIII.	1	4	
	963	137	Ioannes. xiiij.	6	11	15
	969	138	Benedictus. vi.	1	6	
	971	139	Donus. II.	1	6	
	972	140	Bonifacius. viij.		6	12
	973	141	Benedictus. viij.	8	5	
	981	142	Ioannes. xiiij.		8	
	982	143	Ioannes. xv.		4	
	982	144	Ioannes. xvi.	10	6	10
	992	145	Gregorius. V.	2	5	
	994	146	Ioannes. xvij.		10	
	995	147	Siluefter. II.	4	1	
	999	148	Ioannes. xviiij.		5	
	1000	149	Ioannes. xix.	4	4	
	1004	150	Sergius. iij.	2	6	
	1006	151	Benedictus. viij.	11	11	
	1018	152	Ioannes. xx.	9		9
	1027	153	Benedictus. ix.	10	4	9
	1038	154	Siluefter. iij.			56
	1038	155	Gregorius. vi.	2	3	
	1040	156	Clemens. ij.		9	
	1040	157	Damasus. ij.			23
	1040	158	Leo. ix.	13	2	6
	1053	159	Victor. ij.	2	3	14
	1055	160	Stephanus. ix.		4	
	1056	161	Benedictus. x.		8	20
	1057	162	Nicolaus. ij.	3	6	26
	1061	163	Alexander. ij.	11	6	
	1073	164	Gregorius. viij.	12	1	4
	1085	165	Victor. iij.	1	4	
	1086	166	Vrbanus. ij.	13	4	

Y 3

Pa

# CATALO. PONT.

1100	167	Paschalis. II.	18	5	7
1118	168	Gelasius. II.	1	5	
1120	169	Calixtus. II.	5	10	
1126	170	Honorius. II.	5	5	3
1131	171	Innocentius. II.	14	8	8
1145	172	Celestinus. II.		5	
1146	173	Lucius. II.		11	4
1147	174	Eugenius. iij.	8	7	20
1155	175	Anastafius. iij.	2	4	24
1158	176	Hadrianus. iij.	4	10	
1161	177	Alexander. iij.	21		19
1181	178	Lucius. iij.	4	2	
1185	179	Vrbanus. iij.	1	11	
1186	180	Gregorius. viij.			52
1186	181	Clemens. iij.	2		16
1188	182	Celestinus. iij.	6	7	11
1195	183	Innocentius. iij.	18	4	24
1214	184	Honorius. iij.	10	7	13
1225	185	Gregorius. ix.	14	3	
1240	186	Celestinus. iij.			18
1242	187	Innocentius. iij.	11	6	6
1254	188	Alexander. iij.	6	6	
1267	189	Vrbanus. iij.	3	1	4
1265	190	Clemens. iij.	3	9	21
1271	191	Gregorius. x.	1	2	10
1273	192	Innocentius. v.		5	2
1273	193	Hadrianus. v.			40
1273	194	Ioannes. xxi.		8	
1276	195	Nicolaus. iij.	3	8	
1280	196	Martinus. iij.	4	1	
1284	197	Honorius. iij.	2	1	
1286	198	Nicolaus. iij.	4	1	
1290	199	Celestinus. v.		5	1
1291	200	Bonifacius. viij.	8	9	17
1300	201	Benedictus. xi.		2	

CATALO. PONT.

1302	202	Clemens.v.	8	10	15
1317	203	Ioannes.xxij.	19	3	17
1336	204	Benedictus.xij.	7	3	17
1343	205	Clemens.vi.	10	6	8
1353	206	Innocentius.vi.	10		
1362	207	Vrbanus.v.	8	5	
1371	208	Gregorius.xi.	8		
1379	209	Vrbanus.vi.	11	8	
1390	210	Bonifacius.ix	14	9	
1405	211	Celestinus.vi.	15		
1420	212	Benedictus.xiiij.	21		
1404	213	Innocentius.vij	2		
1407	214	Gregorius.xij.	2	7	
1409	215	Alexander.v.		8	
1410	216	Ioannes.xxiiij.	4	10	
1415	217	Martinus.v.	14	3	
1430	218	Eugenius.iiij.	15		
1438	219	Felix.v.	9		
1447	220	Nicolaus.v.	8		
1455	221	Calixtus.iiij.	3	3	
1458	222	Pius.ij.	5	11	20
1464	223	Paulus.ij.	6	10	
1471	224	Sixtus.iiij.	13		
1484	225	Innocentius.viiij.	5	11	
1492	226	Alexander.vi.	11		8
1503	227	Pius.iiij.			17
1503	228	Iulius.ij.	9	4	
1513	229	Leo.x.	9	3	
1522	230	Adrianus.vi.	1	7	
1523	231	Clemens.vij.	11		
1535	232	Paulus.iiij.			


FINIS.

Typis Ioannis Graphei,



FINIS

The End of the World



the scale towards document

10	15
3	27
3	17
6	8
5	
8	
9	
7	
8	
10	
3	
3	20
10	
11	8
	27
4	
3	
7	